nec. L. Craſſum eloquentem putauit: habuit profecto comprehenſam animo quandam formā eloquētie: cui qm̄ nihil deerat eos quibus aliquid aut plura deerant in eam formā non poterat includere. Inueſtigemus hunc igiť Brute ſi poſſumus quē vnq̄ vidit Antoni⁹ aut qui omnino nullus vnq̄ fuit. quē ſi imitari. aut exprimere nō poſſumus: quod idē ille vix de ſeipſo eo cōceſſum eſſe dicebat: attamē qlis eſſe debeat poterimus fortaſſe dicere. Tria ſunt oīno genera dicēdi quibus in ſingulis quidā floruerūt per æque āt id qđ volumus perpauci in oībus. Nā & grādiloqui (vt ita dicam) fuerūt cū ampla: & ſententiarum grauitate: & maieſtate verboꝝ vehementer varii: copioſi: graues ad permouendos & cōuertendos aīos inſtructi & parati: quod ipſum alii aſpera: triſti: horrida oratione: neq̄ perfecta neq̄ cōcluſa. Alii leni & inſtructa: & terminata. Ecōtra tenues: acutiora docentes: & dilucidiora nō ampliora facientes: ſubtili quadā: & preſſa ratione limata. In eodēq̄ genere alii callidi ſed ipoliti: & in cōſulto rudiuſimiles & imperitorū. Alii in eadē ieiunitate cōcinniores. i. faceti florētes etiā & leniter ornati. Eſt autē qdā iteriect⁹ itermedi⁹: & qſi tēperād⁹: nec acumine poſterioꝝ: nec fulmine vtēs ſuperiorū: vicinus amborū: in neutro excellēs: vtriuſq̄ particeps: vel vtriuſq̄ ſi verū querimus potius expers. Iſq̄ vno tenore (vt aiunt) in dicēdo fluit nihil afferēs preter facultatē & æqualitatē: aut addit aliquos: vt in corona toros oēmq̄ orationē ornamentis modicis verborū ſententiarūq̄ diſtiguit. Hoꝝ ſinguloꝝ geneꝝ qcūq̄ vim ſingulis conſecuti ſunt: magnū in oratoribus nomē habuerūt. Sed querendū eſt ſatis ne id qđ volumus effecerint. Videmus eñ fuiſſe quoſdā qui idē ornate ac grauiter: idē verſute & ſubtiliter dicerent. Atq̄ vtinā in latinis talis oratoris ſimulacrū reperire poſſemus: eſſet egregiū nō querere heſterna: domeſticis eſſe contentos. Sed ego idem qui in illo ſermone noſtro qui eſt expoſitus in Bruto: multū tribuerem latinis: vel vt hortarer alios: vel q̄ amarē meos recordor longe omnibus vnū anteferre Demoſthenem: quē vim accomodare ad eam quā ſentiā eloquentiā nō ad eam quā in aliquo ipſe cognouerim. Hoc nec grauior extitit quiſq̄: nec callidior: nec temperatior. Itaq̄ nobis monendi ſunt ii: quorum ſermo imperitus increbuit: qui aut dici ſe deſiderant antiquos atticos: aut ipſe attice volunt dicere: vt mirenť hunc maxime quo athenas quidem ipſas magis credo fuiſſe atticas: quid eñ ſit atticū diſcant: eloquentiamq̄ ipſius viribus non imbecillitate ſua metiantur: Nunc eñ tñ quiſq̄ laudat q̄tū ſe poſſe ſperat imitari. ſed tñ eos ſtudio optimo iudicio minus firmo preditos docere quæ ſit propria laus atticoꝝ non alienum puto. Semper oratoꝝ eloquentiæ moderatrix fuit auditoꝝ prudentia. Oēs eñ qui probari volunt voluntatem eoꝝ qui audiunt intuenť ad eamq̄ & ad eoꝝ arbitriū & nutū totos ſe fingūt & accomodāt. Itaq̄ charia & Phrigia & Myſia: q̄ minime polite minimeq̄ elegātes ſunt aſciuerunt aptū ſuis auribus optimū quoddā: & tanq̄ adipale dictionis genus: q̄ eoꝝ vicini nō ita lato interiecto mari Rhodii nunq̄ probauerunt Græci aūt multo minus: Athenienſes vero funditus repudiauerūt: quoꝝ ſp̄ fuit prudēs ſincerūq̄ iudiciū nihil: vt poſſent niſi incorruptū audire & elegās. Eoꝝ religioni quū ſeruiret orator nullū verbū inſolēs: nullū odioſum ponere ſtudebat. Itaq̄ hic quē preſtitiſſe diximus. cæteris in illa pro Cteſiphōte oratione lōge optima ſummiſſius a primo. deiñ dude legibus diſputat preſſius: poſt ſenſim incedēs: iudices vt vidit ardētes in reliquis exul auit audaci⁹. Ac tñ in hoc ipo diligēter examinā te: verboꝝ omniū pondera reprehēdit æſchines quedā & exagitat illudēſq̄: dira: odioſa: intolerabilia eſſe dicit. Quin etiā querit ab ipſo quū quidē eū beluā appellet vtrū illa verba: an portēta ſint: vt æſchini: ne Demoſthenes quidē videať attice dicere. Facile eſt eñ verbu aliqđ ardēs (vt ita dicā) notare: idq̄ reſtinctis iā animoꝝ incēdiis irridere. Itaq̄ ſe purgās iocať Demoſthenes: negat in eos poſitas fortunas græciæ: in hoc: ãn eū: huc an illuc manū porrexerit. Qm̄ igiť mō audireť myſius: aut phrix athenis: quū etiā Demoſthenes exagiteť: vt putidus. Quum vero inclinata vlulantiq̄ voce more aſiatico canere cœpiſſ: quis eum ferret. aut quis potius non iuberet auferŕ. Sed atticorum igiť aures teretes: & religioſas qui ſe accōmodant: ii ſunt exiſtimandi attice dicere. Quoru genera plura ſunt. hi vnū modo quale ſit ſuſpicanť. Putant eñ qui horride inculteq̄ dicat mō id elegāter enucleateq̄ faciat: eum ſolum attice dicere. Errant q̄ ſolum: qđ attice nō falluntť: Iſtorum enim iudicio ſi ſolum illud eſt atticum: ne Pericles quidem dixit attice: cui primæ ſine controuerſia deferebanť Qui ſi tenui genere vtereť. nunq̄ ab ariſtone poeta fulgere: tonare. permiſcere græciā dictus eſſet. Dicat igitur attice venuſtiſſimus: ille ſcriptor: ac politiſſimus Lyſias. Quis enim id poſſit negare: dū intelligamus: hoc eſt atticū in Lyſia: non q̄ tenuis ſit atq̄ inornatus: ſed q̄ nihil habeat inſolens: aut ineptū Ornate vero: & grauiter & copioſe dicere: aut atticoꝝ ſit: aut ne ſit æſchines neue Demoſthenes attic⁹ Ecce aūt aliqui ſe tuchididios eſſe profitentur nouum quoddā & imperitoꝝ: & inanditū genus. Na qui Lyſiā ſequunť: cauſidicum quendā ſequunť: nō illum quidem amplū: atq̄ grandē: ſubtilē & elegantem tñ: nec qui in forenſibus cauſis poſſit predare conſtituere. Thucidides aūt res geſtas & bella narrat: & prelia grauiter ſane & probe: ſed nihil ab eo transferri poteſt ad forenſem vſu: & publicū. Ipe ille contiones ita multas habent obſcuras abditaſq̄ ſententias: vix vt intelligantur quod eſt in oratiōe ciuili vicium vel maximum. Quæ eſt autem in hominibus tanta peruerſitas: vt inuentis frugibus: glāde veſcantur: aut victus hominū atheníenſium beneficio extolli potuit: ōo non potuit. Quis porro vnq̄ græcoꝝ rhetorum a Thucidide quicq̄ duxit: At laudatus eſt ab omnibus fateor ſed ita vt reꝝ explicator prudens ſeuerus: grauis: non vt in iudiciis verſaret cauſas ſed vt in hiſtoriis bella narraret. Itaq̄ nūq̄ eſt numeratus orator. Nec vero ſi hiſtoriā nō ſcripſiſſet: nomē eius extaret quū preſertim fuiſſe honorat⁹ & nobilis: huius tñ nemo: neq̄ verboꝝ: neq̄ ſententiarū grauitatem imitatur: ſed quū vtilia: quedam: & hi antea locuti ſunt quæ vel ſine magiſtro facere potuerunt: germanos ſe putāt eſſe Thucididis. Nactus ſum etiam qui Xenophontis ſimilem eſſe ſe cuperet: cui⁹ ſermo eſt ille qui dē melle dul

dior:ſed a forenſi ſtrepitu remotiſſimus. Referamus nos igitur ad eum quem volumus inchoanduꝫ &
eadem eloquentia informandum: quam in nullo cognouit Antonius.

Agnum opus omnino: & arduuꝫ Brute conamur: ſed nihil difficile amãti puto Amo aũt
& ſemper amaui ingeniũ: ſtudia mores tuos. Incendioſior porro quotidie magis non de
m ſiderio ſolum quo quidem conficior ingreſſus noſtros: conſuetudinẽ victus doctiſſimos
ſermones requirens tuos: ſed etiam incredibili fama virtutum admirabilium quæ ſpecie
diſpares prudentie coniunguntur. Quid eñ tam diſtans: quã a ſeuerirate comitas. Quis
tamen vnqꝫ te: aut ſanctior eſt habitus: aut dulcior. Quid tam difficile qꝫ in plurimorum controuerſiis
diiudicandis ab omnibus diligi: conſequeris tamen vt eoſipſos quos cõtra ſtatuas æquos placatoſqꝫ
dimittas. Itaqꝫ efficis: vt quũ gratiæ cauſa nihil facias: oia tamen ſint grata quæ facis. Ergo omnibꝰ ter-
ris: vna Gallia cõmuni non ardet incendio. in qua fueris ipſe re quũ Italie lucẽ cognoſceres: verſariſqꝫ
in optimorum ciuiũ: vel flore vel ro bore. Iam quantũ illud eſt. quod in maximis occupationibus nũ-
qꝫ intermittis ſtudia doctrine: ſemper aut ipſe ſcribis aliquid: aut me vocas ad ſcribendũ itaqꝫ hoc ſum
aggreſſus ſtatim Catone abſoluto quẽ nunqꝫ ipm attigiſſem: tpa timens inimica virtuti niſi tibi hortã
ti: & illiꝰ memoriã mihi charã excitãti nõ parere nefas eſſe duxiſſem: ſꝫ teſtificor me a te rogatũ & recu
ſandũ: hec ſcribere eſſe auſum. Volo eñ mihi tecũ cõe eſſe crimẽ: vt ſi ſuſtinere tantã queſtionẽ nõ potu
ero iniuſti oneris impoſiti tua culpa ſit: mea recepti. In quo tñ iudicii noſtri errorẽ: laus tibi dati mune
ris cõpenſabit. Sed in oi re difficilimũ eſt formã quæ character græce dicit̃ exponere optimi: qđ aliud
aliis videt̃ optimũ. Ennio delector quiſpiã ait: ꝙ nõ diſcedit a cõmuni more verboꝝ: Pacuuio inquit
alius: oẽs apud hũc ornati: elaboratiqꝫ ſunt verſus: multa apud alteꝝ negligẽtius: fac aliũ Accio. Varia
eñ ſunt iudicia vt in græcis: nec facilis explicatio: q̃ forma maxime excellat. In picturis alius horrida:
inculta: abdita: & opaca cõtra alios nitida. læta: colluſtrata delectat̃. Quid eſt quo per ſcriptũ aliqđ aut
formulã exprimas quũ in ſuo quodqꝫ genere poſtet: & genera plura ſint: Hac ego religione non ſum
ab hoc conatu repulſus: exiſtimauiqꝫ in oibus rebus eſſe aliquid optimũ etiã ſi lateret. idqꝫ ab eo poſſe
qui eius rei ignarus eſſet iudicari. Sed qm̃ plura ſunt orationũ gña eaqꝫ diuerſa neqꝫ in vnã formã ca
dunt oia laudationũ: ſcriptionũ & hiſtoriaꝝ & talium ſuaſionũ qualem Iſocrates fecit Panegyricũ mlti
qꝫ alii qui ſunt nominati ſophiſtẽ reliquarũqꝫ rerũ formã quæ abſunt ab forenſi cõtentione eiuſqꝫ totiꝰ
generis qđ græce epedicticon nominatur: quia quaſi ad inſpiciendũ delectatiõis cauſã cõparatũ eſt nõ
cõplectar hoc tpe: nõ quo negligenda ſit. Eſt eñ illa quaſi nutrix eius oratiõis: quẽ informare volumꝰ
& de quo molimur aliquid exquiſitius dicere. Ab hac & verboꝝ copia aliter: & eoꝝ cõſtructio & nu-
merus liberiore quadã fruit̃ licẽtia. Dat̃ etiã venia concinnitati ſentẽtiaꝝ & arguti certiqꝫ: & circũſcri-
ti verboꝝ ambitus cõcedunt̃ de induſtria: quæ nõ ea inſidiis: ſed aperte ac palã elaborat̃: vt verba ver-
bis quaſi demẽſa: & paria reſpõdeãt: vt crebro cõferãt pugnãtia: cõparẽtqꝫ cõtraria: & aut pariter extre
ma terminent̃. eũdẽqꝫ referãt in cadẽdo ſonũ: quæ in veritate cauſaꝝ: & rariꝰ multo facimꝰ: & certe ocul
tius in panathanayco: aut Iſocrates ea ſtudioſe conſecutũ fatet̃. Nõ eñ ad iuditioꝝ certamẽ: ſed volu-
ptate auriũ ſcripſerat hæc tractaſſe Traſimachũ chalcedoniũ primũ: & Leontinũ ferũt Gorgiã: Theo
dorũ inde bizãtiũ: multoſqꝫ alios quos logodædalos appellat in Phædro Socrates quoꝝ ſatis arguta
multa: ſed vt modo primũqꝫ naſcẽtia minuta: & verſiculoꝝ ſimilia q̃ dã: minimæqꝫ depicta: quo magis
ſunt: Herodotus: Tuchidideſqꝫ mirabiles quoꝝ etas quũ in eoꝝ tẽpora quos nominaui incidiſſꝫ: lõ
giſſime tñ ipſi a talibus delitiis vel potius ineptiis abfuerũt. Alter eñ ſine vllis ſalubris quaſi ſedatꝰ am
nis fluit: alter incitatior fert̃ & de bellicis rebus canit etiã quodãmõ bellicũ primiſqꝫ ab his (vt ait The
ophraſtus) hiſtoria cõmota eſt: vt auderet vberius qꝫ ſuperiores: & ornatius diceret. horũ ætati ſucceſ
ſit Iſocrates qui preter cæteros eiuſdẽ generis laudat̃ ſemper a nobis nonnũqꝫ Brute leuiter & erudi-
te repugnante te. Sed credas mihi fortaſſe: ſi quid in eo laudũ cognoueris. Nã quũ conciſſus ei Traſi
machus minutis numeris videretur: & Gorgias qui tñ primi tradunt̃ arte quadã verba iunxiſſe: Tu-
chidides aũt prefractior: nec ſatis (vt ita dicã) rotundus primus inſtituit dilatare verbis & mollioribus
numeris explere ſententias. In quo quũ doceret eos: qui & partim in dicẽdo: partim in ſcribẽdo prin
ceps extiterũt domus eius officina habita eloquẽtie eſt. Itaqꝫ vt ego quũ a noſtro Catone laudabarvl̃
reprehendi me a cæteris facile patiebar ſic Iſocrates videt̃ teſtimonio Platonis alioꝝ iudicia debere cõ
temnere. Eſt eñ (vt ſcis) quaſi in extrema pagina Phædri his ipſis verbis loquens Iſocrates adoleſcẽs
etiã nunc o Phædre Iſocrates eſt. Sed quid ille de illo augurer Iubet dicere. Quid tandẽ inqđ ille. Ma
iore mihi ingenio videt̃ eſſe qꝫ vt cum oratiõibus Lyſiæ comparetur. Preterea ad virtutem maior in
doles: vt minime mirũ futurũ ſit: ſi quã ætate proceſſerit: aut in hec orationũ genere: cui nũc ſtudet tm̃
quantũ pueris reliquis preſtet omnibus qui vnqꝫ orationes attigerũt: aut ſi contẽtus his nõ fuerit. di-
uino aliquo animi motu maiora cõcupiſcat. Ineſt eñ natura phis ideo huius viri mente quedã hec de
adoleſcente Socrates auguratus. At ea de ſeniore ſcribit Plato: & ſcribit æqlis & qdẽ exagitator oim
rhetorũ hũc miratur vnũ me aũt qui Socratẽ non diligũt vna cũ Socrate: & Platone errare patiunt̃. Dul
ce igit̃ orationis genus & ſolutũ: & effluens ſentẽtiis: argutũ verbis ſonans eſt in illo epidictico gene-
re quod diximus propriũ ſophiſtarũ pompæ: qui pugnæ aptius gymnaſiis & paleſtræ dicatum ſpretũ
& pulſum foro. Sed ꝙ educata huius nutrimẽtis eloquẽtia eſt ipſa: ſi poſtea colorat & roborat: nõ alie
num fuit de oratoris quaſi in cunabulis dicere. Veꝝ hæc ludoꝝ atqꝫ pompe: nos autẽ iam in aciem di
micationemqꝫ deſcẽdamus. Quoniam tria videnda ſunt oratori: quid dicat: & quo quicqꝫ loco: &
quo dicendum omnino eſt: & quid ſit optimum in ſingulis ſed aliquanto ſecus: atqꝫ in tradenda arte

dici ſolet:nulla precepta ponemus neqꝫ enim id ſuſcæpimus:ſed excellentis eloquentiæ ſpeciem & for
mā adumbrabimus:nec quibus rebus ea paretur exponemus:ſed qualis nobis eſſe videatur. Ac duo
breuiter prima:ſunt em̄ no tā inſignia ad maximā laudē:ꝗ̄ neceſſaria:& tn̄ cū multꝭ pene cōmunia. Nā
& inuenire & iudicare quid dicas magna illa quidē:& ſunt tāqꝫ animi inſtar in corpe:ſed ꝓpria magis
prudentiæ ꝗ̄ eloquētiæ:qua tn̄ in cauſa eſt vacua prudentia. Nouerit igiť hic quidē orator: quē ſum
mū eſſe volumus argumētoꝝ & orationū locos. Nā quicquid eſt qđ in cōtrouerſia:aut in cōtiōe ver
ſeť in eo aut ſit ne:aut quid ſit:aut quale ſit quæriť. ſit ne:ſignis quid ſit:diffinitionibꝰ q̄le:it recti pra
uiqꝫ ꝑtibus quibus vt vti poſſit orator nō ille vulgaris:ſed hic excellēs a ꝓpriis perſonis:& tēporibus
ſp ſi pōt auocat cōtrouerſiā Larius em̄ de genere ꝗ̄ de parte diſceptare licꝫ:vt qđ in vniuerſo ſit ꝓbatū
id in parte ſit ꝓbari neceſſe. Hæc igiť queſtio ꝓpriis tēporibus & ꝑſonis:ad vniuerſi generis oratiōꝫ
traducta appellať theſis. In hac Ariſtote. adoleſcētis:nō ad philoſophoꝝ morē tenuiter differēdi: ſꝫ ad
rhetoꝝ in vtrāqꝫ partē vt ornatius. vt vberius dici poſſit exercuit. Idēqꝫ locos ſic em̄ appellat q̄ſi argu
mētoꝝ notas tradidit:vn̄ oīs in vtrāqꝫ partē traheretť oratio. Facile igiť hic noſter:nō em̄ declamatorē
aliquē de ludo:aut tabulā de foro:ſed doctiſſimū & perfectiſſimū quærimus: vt quoniā loci certi tradū
tur:percurrat oīs vtať aptis generatim:dicat ex quo emanāt etiā qui cōmunes appellanť loci:necvero
vteť imprudēter hac copia:ſed oia exp:det & ſeleget nō em̄ ſp nec in oibus cauſis:ex hiiſdē argumēto
rū momēta ſunt:iudiciū ergo adhibebit: nec inueniet ſoluꝫ quid dicat:ſed etiā expendet. Nihil em̄ ve
ratius ingeniis his preſertim quæ diſciplinis exculta ſunt. Sed vt ſegetes fecūde & vberes nō ſolū fru
ges:verum herbas etiā effundunt inimiciſſimas frugibus:ſic interdū ex illis locis:aut leuia quedā:aut
cauſis aliena:aut nō vtilia gignunt:quorū ab oratoris iuditio delectus magnus adhibebiť. Quonam
modo ille in bonis hærebit & habitabit ſuis vt molliat dura aut occultabit quæ dilui non poterūt:atqꝫ
omnino opprimet ſi licebit:aut abducit animus:aut aliud afferret:quod oppoſitū probabilius ſit:ꝗ̄ il
lud quod obſtabit. Iā vero ea quæ inuenerit:qua diligētia collocabit quoniā id ſecūdū erat de tribus
Veſtibula nimirū honeſta aditusqꝫ ad cām faciet illuſtres. Quūqꝫ animos prima aggreſſione occupaue
rit:infirmabit excludetqꝫ cōtraria. De firmiſſimis alia prima ponet:aſia poſtrema inculcabitqꝫ leuiora.
Atqꝫ in primis duabus dicēdi partibus:qualis eſſet ſummatim breuiterqꝫ deſcripſimꝰ. Sed vt ante di
ctū eſt in his ꝑtibus:& ſi graues atqꝫ magne ſunt minus:& artis eſt & laboris. Quū aūt quid & quo lo
co dicat inuenerit:illud eſt lōge maximū videre quonāmō. Scitū eſt em̄ ꝙ Carneades noſter dicere ſole
bāt. Clithomacū ea dicere. Carneadē aūt eodē etiā mō dicere. Quod ſi in philoſophia tm̄ intereſt quē
admodū dicas vbi res petať nō verba penduntť. Quid tandē in cauſis exiſtimandū eſt:quibus totꝭ mo
derať oratio:Quod quidē ego Brute ex tuis litteris ſentiebam:nō te id ſcitari qualem ego inueniēdo
& in collocando ſummū eſſe oratorem vellē. Sed id mihi querere videbare:qđ genus ipſius oratiōis
optimum iudicarem:rem difficilem dii immortales atꝫ omnium difficillimam. Nā quū eſt oratio mol
lis & tenera & ita flexibilis vt ſequatur quocūqꝫ torqueas tum:& nature varie & voluntates multe in
ter ſe diſtātia effecerunt genera dicēdi. Flumen aliis verboꝝ volubilitasqꝫ cordi: eſt qui ponūt in orati
onis celeritate eloquentiā diſtincta:alios & interpuncta interualla more reſpiratiōeſqꝫ delectāt Quid
poteſt eſſe tam diuerſum:tn̄ eſt vtroqꝫ aliquid excellens. Elaborant alii leuitate & equalitate & puro:
& quaſi quodam candido genere dicendi. Ecce alii puritatem:& ſeueritatem quādam verbis & orati
onis quaſi mœſticiam ſequuntur:quodqꝫ pauloante diuiſimus:vt alii graues:alii tenues:alii tempera
ti vellent videri:quot orationum genera eſſe diximus tot idem oratorū reperiuntur. Et quoniā cæpi
iam cumulatius hoc munus augere ꝗ̄ a te poſtulatum eſt tibi enim tantum de oratoris genere queren
ti reſpondi etiam breuiter de inueniendo & collocando:ne nunc quidem ſolum de oratoris modo di
cam:ſed etiā de actiōis. Ita ꝑtermiſſa pars nulla erit qn̄ quidem de memoria nihil eſt hoc loco dicen
dum que cōmunis eſt multarum artium. Quō aūt dicatur:id eſt in duobus in agendo:& in eloquēdo.
Eſt enim actio quaſi corporis quedā eloquētia. quum conſtet & voce & motu. Vocis mutatiōes toti
dem ſunt quot animorum qui maxime voce commouentur. Itaqꝫ ille perfectus quem iamdudum
noſtra indicat oratio. Vtrumqꝫ ſe affectum videri:& animum audientis mo.uori volet:ita certum vocē
admouebit ſonum:de quo plura dicerem. ſi hoc precipiādi tempus eſſet aut ſi tu hoc quereres dicerē
etiam de geſtu cum quo iunctus eſt vultus:quibus omnibus dici vix poteſt:quantum interſit quēad
modum vtatur orator:Nam & infantes actionis dignitate eloquentiæ ſæpe fructum tulerunt:& diſer
ti deformitati agendi multi infantes putati ſunt. Vt non iam ſine cauſa:Demoſthenes tribueret:vt pri
mas & ſecundas & tercias actioni. Si enim nulla eloquentia ſine hac hæc autem ſine eloquentin tanta
eſt:certe plurimū in dicendo poteſt. Volet igitur ille qui eloquētie principatum petet:& contenta vo
ce atrociter dicere:& ſummiſſa leniter:& inclinata videri grauis & inflexa miſerabilis. Mira eſt em̄ quæ
dam natura vocis:cuius quidem e tribus omnino ſonis. inflexo:acuto:graui:tanta ſit & tam ſuauis va
rietas perfecta ſit in cantibus: Eſt autem in dicendo quidam cantus obſcurior nō hic e Phrigia & Cha
ria & rhetorū epilogus pene canticū:ſed ille quæ ſignificat Demoſthenes & Aeſchines:quū alter alte
rius obiicit vocis flexiones. Dicit plura etiā Demoſthenes:illumqꝫ ſæpe dicat voce dulci & clara fuiſſe
in quo illud mihi etiā notandū videť ad ſtudium perſequēde ſuauitatis in vocibus ipſa em̄ natura q̄ſi
modulareť hominū orōnē in omni verbo poſuit acutam vocē nec vna plus:nec a poſtrema ſyllaba ci
tra terciam:quo magis natura ducē ad auriū voluptatem ſequať induſtria Ac vocis quidē bonitas op
tanda eſſ:nō eſt em̄ in nobis ſed tractatio atqꝫ vſus in nobis ergo ille princeps variabit & mutabit oīs
ſonoꝝ:tū intendēs tū remittēs proſequetur gradus. idemqꝫ motu ſic vteť nihil vt ſuperſit in geſtu. Sta

tus erectꝰ & celſus rarus inceſſus ne ita lõgus: excurſio moderata: eaqꝫ rara: nulla mollitia ceruicũ: nullæ argutiæ digitorũ nõ ad numerũ articulus cadens: trunco magis toto ſe ipſe moderans & virili lateꝝ flexione: brachii proiectione in cõtentionibus cõtractione. in remiſſis. Vultus vero qui ſm voce plurimum poteſt quantum affert: tum dignitatem: tum venuſtatem: in quo quũ effeceris: ne quid ineptũ aut voluptuoſum ſit: tũ oculorũ eſt quedã magna moderatio. Nã vt imago eſt animi vultus ſic indices oculi quoꝝ & hilaritatis. & viciſſima triſticie modũ: res ipſe de quibus agetur temperabũt. Sed iã illiꝰ perfecti oratoris: & ſumme eloquẽtie ſpecies exprimẽda eſt: quẽ hoc vno excellere. i. oratione: cætera in eo latere indicat nomẽ ipſum: Nõ em̃ inuentor aut cõpoſitor: aut auctor hæc cõplexus eſt oĩa: ſed & græce ab eloquẽdo rhetor & latine eloquẽs dictꝰ eſt. Exteraꝝ em̃ rerũ quæ ſunt in oratore partem aliquã ſibi quiſqꝫ vẽdicat. Dicẽdi aũt. i. eloquẽdi maxima vis ſoli huic conceditꝰ. Qꝫꝗ em̃ & philoſophi qdem ornate locuti ſunt: ſiquidẽ & Theophraſtus diuinitate loquẽdi nomẽ inuenit: & Ariſtoteles Iſocratem ipſum laceſſiuit: & Xenophontꝭ muſas voce quaſi locutas ferunt & lõge omniũ quicũqꝫ ſcripſerũt: aut locuti ſunt extitit & grauitate princeps Plato: tamẽ locum oratio neqꝫ neruos: neqꝫ aculeos oratorios: ac forenſes habet. Loquũtur cum doctis: quorum ſedare animos malunt: ꝗ incitare fide rebus placatis: ac minime tui bulentes docendi cauſa: non capiẽdi loquunt̃: vt in eo ipſo ꝙ delectationẽ aliquã dicendo aucupent̃: plus nõnullis ꝗ neceſſe ſit facere videant̃. Ergo ab hoc genere non difficile eſt hanc eloquentiã: de qua nunc agitur ſecernere Mollis eſt em̃ oratio philoſophoꝝ exumbratilis: nec ſentẽtiis: nec verbis inſtructa: popularis nec iuncta numeris: ſed ſoluta liberius Nihil iratũ habet nihil inuidum: nihil atrox: nihil mirabile: nihil aſtutũ. Caſta: verecunda: virgo incorrupta quodãmõ: itaqꝫ ſermo potius ꝗ oratio dicit̃. Qꝫꝗ em̃ omnis locutio oratio eſt tamẽ vnius oratiõis locutio: hoc proprio ſignata nomine eſt. Sophiſtarum (de quibus ſupra dixi) magis diſtinguenda ſimilitudo videtur: qui omnes eoſdem volunt flores: quos adhibebit orator in cauſis perſequi. Sed hoc differunt ꝙ quum ſit his propoſitum non perturbare animos: ſed placare potiꝰ nec tam perſuadere ꝗ delectare: & apertius id faciunt ꝗ nos: & crebrius cõcinnas magis ſentẽtias exquirunt ꝗ probabiles A re ſæpe diſcedunt intexunt fabulas verbaqꝫ apertius transferunt. eaqꝫ ita diſponũt: vt pictores varietatẽ coloꝝ: paria paribus referũt: aduerſa contrariis: Sæpiſſimeqꝫ ſimiliter extrema definiũt. Huic generi hiſtoria finitima eſt: in qua narratur ornate: & regio ſæpe aut pugna deſcribit̃. Interponunt̃ etiã cõtiones & hortatiões ſed in his tracta quedã & fluẽs expetit̃ nõ hæc eloquẽtia cõtorta: & acris oratio. Ab his nõ multo ſecus ꝗ a poetis hæc eloquẽtia quã querimus ſe vocanda eſt. Nam etiam poete queſtionem attulerant quidnam eſſet illud quod ipſi differrent ab oratoribus numero maxime videbant̃ antea & verſu nũc apud oratores iam ipſe numerus increbuit. Quicquid eſt em̃ quod ſub aurium menſuram aliquã cadit etiam ſi abeſt a verſu nam id quod oratoris eſt vitium numerus vocatur qui græce rythmos dicit̃. Itaqꝫ video viſum eſſe nõnullis Platoni & Democryti locutionẽ: & ſi abeſt a verſu: tamẽ ꝙ incitatus feratur: & clariſſimis verboꝝ luminibus vtat̃: potius poema putandũ ꝗ comicaꝝ poetarũ: apd quos niſi ꝙ verſiculi ſunt nihil eſt aliud quotidiani diſſimile ſermonis nec tamẽ. i. poeta maximũ: & ſi eſt eo laudabitur: ꝙ virtutes oratoris proſequit̃: quũ verſu ſit aſtrictior. Ego aũt etiã ſi quorundã grandis & ornata vox eſt poetarũ: tamen in ea cum licentia ſtatuo maiorem eſſe ꝗ in nobis faciendorum iungẽdorũqꝫ verboꝝ tũ etiã nonnullorum volũtati vocibus magis ꝗ rebus inſeruiant. Nec vero ſi qd eſt vnũ inter eos ſimile: id aũt eſt iudiciũ electioqꝫ verboꝝ. Propterea cæterarũ rerũ ſimilitudo intelligi nõ poteſt: ſed id nec dubiũ eſt & ſi quid habet queſtionũ hoc tamẽ ipſum ad id quod propoſitũ eſt nõ eſſe neceſſariũ. Seiũctus igitur orator a philoſophoꝝ eloquẽtia a ſophiſtarũ ab hiſtoricoꝝ a poetaꝝ explicandus eſt nobis qualis futurus ſit. Erit igit̃ eloquẽs: hũc em̃ auctore Antonio querimus. is qui in foro cauſiſqꝫ ciuilibus ita dicet̃ ꝓbet vt delectet: vt flectat. probare neceſſitatis eſt: delectare ſuauitatꝭ: flectere victoriæ. Nã id vnũ ex oĩbus ad obtinẽdas cauſas poteſt plurimũ: ſꝫ quot offitia oratorꝭ tot ſunt genera dicendi. Subtile in probando mediocre in delectãdo vehemens in flectẽdo. In quo vno vis oĩs oratoris eſt. Magni igitur iudicii ſummæ etiã facultatis eſſe debebit moderator ille & quaſi tẽperator huius tripartitæ varietatis. Nam & iudicabit quid cuiqꝫ opꝰ ſit & poterit quocunqꝫ modo poſtulabit cauſa dicere: ſed eſt eloquẽtie ſicut reliquaꝝ rerũ fundamentum ſapientia. Vt em̃ in vita ſic in oratione nihil eſt difficilius ꝗ quid deceat videre prepoſitio appellant hoc græci. Nos dicamus ſane decoꝝ de quo preclare & multa precipiunt̃ & res eſt cognitione digniſſima Huius ignorãtie nõ modo in vita ſed & ſæpiſſime in poematibus & in orõne peccatur. Eſt autẽ quid deceat oratori videndũ non in ſententiis ſolum ſed etiam in verbis. Non enim omnis fortuna non omnis honos non omnis auctoritas nõ oĩs ætas nec vero locus: aut tempus: aut auditor omnis eodẽ. aut verboꝝ genere tractãdus eſt. aut ſentẽtiaꝝ. ſemperqꝫ in omni parte orationis. vt vite quid deceat eſt conſiderandum quod & in re de qua agitur poſitũ eſt. & in perſonis & eorũ qui dicunt̃. & eorum qui audiunt. Itaqꝫ hunc locũ lõge & late patentẽ philoſophi ſolent in officiis tractare: nõ quũ de recto ipſo diſputant. Nam id qdẽ vnũ eſt grãmatici in poetis eloquẽtes i omni & genere & parte cauſarũ: Qꝫ em̃ indecorũ eſt de ſtillicidiis quũ apud vnum iudicem dicas verbis ampliſſimis. & locis vti communibus de maieſtate populi Romani & ſummiſſe. & ſubtiliter hic genere toto. A perſona alii peccant. aut ſua. aut iudicium aut etiã aduerſarioꝝ: nec re ſolũ. ſed ſæpe verbo. & ſi ſine re nulla vis verbi eſt. tñ ea res ſæpe. aut ꝓbat̃ aut reiicit̃ alio atqꝫ alio relata verbo. In omnibuſqꝫ rebus videnda eſt quatenus & ſi em̃ ſuus cuiqꝫ modus eſt. tã magis offendit nimiũ ꝗ parũ. in quo appelles pictores quoqꝫ eos peccare dicebat. qui nõ ſentirẽt qd eſſet ſatis Magnus eſſet hic locus Brute. quod te nõ fugit. & magnũ volumẽ aliud deſiderat. Sed ad id qd agit̃

illud ſatis quũ hoc decere: quod ſemp̄ vſurpamus in omnibus dictis & factis minimis & maximis:
quũ hoc inqꝫ decere dicimus illud nõ decere: & id vſqꝫ quaqꝫ quãtũ ſit appareat: ĩ alioqꝫ ponat̃ aliudqꝫ
totum ſit: vtrũ decere an oportere dicas? Oportere eñ ꝑfectionẽ declarat officii: quo & ſemp vten-
dum eſt: & oĩbus decere: quaſi aptum eẽ cõſentaneũqꝫ. & tẽpori & ꝑſonæ. Quod cũ in factis ſæpiſſi-
me tũ in dictis valet: in vultu deniqꝫ: in geſtu & inceſſu cõtra idẽ dedecere. Qđ ſi poeta fugit vt ma-
ximũ vitiũ qui peccat etiã quũ probã orõnẽ affingit improbo ſtultoue ſapientis. Si deniqꝫ pictor ille
vidit quũ imolanda Iphigenia triſtis calcas eẽt mœſtior. Vlixes mæreret. Menelaus obuoluẽdum ca
put agamẽnonis eſſe qm̃ ſummũ illum luctũ penicello nõ poſſet imitari. Si deniqꝫ hiſtrio quid dece
at quærit: quid faciendum oratori putemus? ſed quũ hoc tm̃ ſit quid in cauſis earũqꝫ quaſi membris
faciat orator viderit. Illud quidẽ ꝑſpicuũ eſt nõ modo ptis orõis ſed etiã cauſas totas alia forma di-
cendi eſſe tractandas. Sequit̃ vt cuiuſqꝫ generis nota quærat̃ & formula magnũ opus & arduum
(vt ſepe iam diximus) ſed ingrediẽtibus cõſiderandũ fuit qđ ageremus. Nũc quidem in quocũqꝫ fe
ramur: dãda nimirũ vela ſunt: ac primũ informãdus ẽ ille nobis quẽ ſolũ quidã vocãt atticũ. Sũmiſ-
ſus eſt & humil' cõſuetudinẽ imitãs ab indeſertis te pluſq̃ opinioẽ differẽs. Itaqꝫ eũ qui audiũt quã-
uis ipſi infantes ſunt tñ illo mõ cõfidũt ſe poſſe dicere. Nã orõis ſubtilitas imitabil' qđẽ illa videt̃ eẽ
exiſtimãti. ſed nihil ẽ expienti minus. Et ſi ei nõ plurimi ſanguis ẽ habeat tamen ſuccũ aliquẽ opor-
tet: ut etiã ſi illis maximis viribus careat ſit (vt ita dicã) integra valitudie. Primũ igit̃ eũ tãqꝫ e vincul'
numerorũ eximamus. Sunt. n. quidã (vt ſis) oratori nũeri de quib⁹ mox agemus obſeruandi rõne
quadã. Sed alio ĩ genere orõnis. in hoc oĩno relinquẽdi ſolutũ quiddã ſit nec vagũ tñ vt ingredi li-
here: nõ vt licẽter videat̃ errare. Verba etiã verbis quaſi coagmẽtare negligat. Habet. n. ille tãqꝫ hia-
tus cõcurſu uocaliũ molle quiddã: & qđ indicet: nõ ingratã negligẽtiã de re hoĩs: magis q̃ꝫ de verbis
laborãtis ſed erit videdũ de reliqs: cũ h c duo ei liberiora fuerint circuit⁹ cõglutinatioqꝫ verborum
Illa. n. ip̃a cõtracta & minuta nõ negligẽter tractãda ſunt: ſed q̃dã etiã negligẽtia eſt diligens. Nã vt
mulieres eſſe dicũtur nõnullæ inornatæ: quaſi idip̃m deceat. ſic hæc ſubtil' orõ etiã incõpta delectat
Fit eñ quiddã in vtroqꝫ quo ſit venuſtius: ſed nõ ut appareat: tũ remouebit̃ oĩs inſignis ornatus q̃
ſi margaritaꝝ: de calamiſtri quidẽ adhibẽtur. Pꝛucati vero medicamẽta cãdoris & ruboris: oĩa repel
letur: elegãtia. mõ & mũdicia remanebit. Sermo purus erit & latinus. dilucide planeqꝫ dicetur: quid
deceat circũſpiciet̃. Vñ abierit quod quartũ nũerat. Teophraſt⁹ in orõnis laudibus ornatũ illud ſua
ue & affluens. acutæ crebræqꝫ ſñiæ ponent̃. & neſcio vñ ex abdito erutæ atqꝫ in hoc oratore domina
bitur. Verecũdus erit vſus oratoriæ quaſi ſuppellectil'. Suppellex eũ eñ quodãmodo noſtra: quæ ẽ
in ornamẽtis: alia reꝝ: alia uerboꝝ. Ornatus autẽ verboꝝ duplex. vnus ſimpliciũ: alter collocatorum
Simplex probatur in propriis vſitatiſqꝫ verbis: quod aut optime ſonat: aut rem maxime explanat.
In alienis: aut tranſlatum: aut factũ aliũde: aut mutuo: aut factũ ab ip̃o: aut nouũ: aut priſcum: & vſi-
tatum. Sed etiã vſitatã ac priſca ſunt in ꝓpriis: niſi quod raro vtimur. Collocata autẽ verba habent
ornatũ ſi aliquid cõcinitatis efficiũt. ꝙ verbis mutatis nõ maneat manẽte ſñia. Nã ſñiaꝝ ornamenta
quæ ꝑmanent etiã ſi verba mutaueris: ſũt illa quidẽ ꝑmulta: ſed q̃ emineãt pauciora. Ergo ille tenuis
orator mõ ſit elegãs: nec in faciẽdis verbis erit audax & transferẽdis verecũdus & parcus: & in pri-
ſcis reliquiſqꝫ ornamẽtis & verboꝝ & ſñiaꝝ demiſſior trãſlatione fortaſſe crebrior qua frequẽtiſſi-
me ſermo oĩs vtitur: nõ mõ vrbanoꝝ ſed etiã ruſticoꝝ. Siquidẽ eſt eoꝝ gẽmare vites laſciuire agros
lætes eſſe ſegetes luxurioſa frumẽta. Nihil hoꝝ parum audacter ſed vt ſil'e eſt illi vñ transferes. aut ſi
res ſuũ nullum habet nomẽ docẽdi cauſa ſumptũ: nõ ludẽdi videt̃. Hoc ornamento liberius paulo
q̃ꝫ ceteris hic vtetur. Vtetur ſummiſſus nec tã licẽter. tamẽ quã ſi genere dicendi vteret̃ ampliſſimo.
Itaqꝫ illud indecoꝝ. quod male ſit ex decoro debet intelligi. Hic quoqꝫ appet quũ verbũ aliqđ alti⁹
trãſfertur idque ĩ orõne hũili ponit̃ qđ idẽ in alia deceret. Illã autẽ cõcinnitatẽ quæ verboꝝ colloca-
tione illuminat. his luminibus q̃ græci quaſi aliquos geſtus orõnis ſcemata appellant. quod idẽ ver
bum ab his etiã in ſñiarum ornamẽta trãſfert̃: adhibet quidẽ hic ſubtilis quẽ niſi ꝙ ſolum cæteroqꝫ
recte quidã vocãt atticũ: ſed paulo partius. Nã ſi vt in epularum apparatũ magnificentia recedens
nõ ſe parcum ſolum: ſed etiã elegãtem videri ſolet: eliget quibus utat̃. Sũt. n. plæreqꝫ aptæ huius ipſi
us oratoris de quo loquor ꝑſimoniæ. Nã illa de qb⁹ dixi huic acutæ fugiẽda ſunt paria paribus rela
ta & ſimiliter cõcluſa: eodẽqꝫ pacto cadẽtia: & imutatione lr̃æ quaſi q̃ſitæ venuſtates: ne elaborata cõ
cinnitas & quodã aucupiũ delectationis manifeſte dep̃hẽſum appareat. Itemqꝫ ſiq̃ verboꝝ iteratio
nes contẽtionem aliquã. & clamorẽ requirẽt: erunt ab hac ſumiſſione orõnis alienæ cæteris ꝓmiſcue
poterit vti continuationẽ verborum modo relaxet & diuidat utaturqꝫ verbis quãuſitatiſſimis: tranſ
lationibus quãmoliſſimis: etiam illa ſñiarum lumina aſſumat quæ non erunt vehementer illuſtria.
Non faciet rempubli. loquentẽ nec ab inferis mortuos excitabit: nec aceruatim multa frequentans
vna complexione deuinciet. Valentiorum hæc laterum ſunt: ne ab hoc quẽ informamus aut expe-
ctanda: aut expoſtulanda. Erit eñ in voce ſic orõne etiam ſuppreſſior: ſed plæraqꝫ ex illis conueni-
ent etiam huic tenuitati: quãquam iiſdem ornamentis vtetur horridius talem enim inducimus. Ac-
cedit actio: non tragica nec ſcænæ: ſed modica iactatione corporis vultu tamen multa conficiens: nõ
hoc quo dicuntur os ducere ſed illo quo ſignificant ingenue: quo ſenſu quicque pronunciẽt. huic

generi orationis.aſꝑgẽtur etiã ſales qui in dicẽdo nimium quã qualẽ.quoꝝ duo genera ſunt.vnum facetiarum.alterum dicacitatis.vtroqꝫ vtetur.ſed altero in narrãdo aliquid venuſte altero in iacendo mittendoqꝫ ridiculo.cuius genera plura ſunt.ſed nunc aliud agimus.Illud admonemus tamẽ ridiculo.ſic vſurum oratorem.vt nec nimis frequenti.nec ſcurrile ſit:nec ſub obſceno.nec inimicũ nec petulanti.nec improbum.nec in calamitatẽ.nec in humanum.nec in facinus.nec odii locum riſus occupet.neqꝫ aut ſua perſona aut iudicium aut tempore alienum.Nec.n.ad aliud indecorum referuntur. Vitabit etiã queſita.nec e tpe ficta.ſed domo allata.que plerũqꝫ frigida ſunt.parcet & amicitiis & dignitatibus.vitabit inſanabilis contumelias.tm̃modo aduerſarios figet.nec eos tñ ſemꝑ nec oĩ modo quibus exceptis ſic vteẽ ſale & facetiis vt ego ex iſtis nouis atticis talem cognouerim neminem quum id certe ſit vl' maxime atticum.Hãc ego iudico formã ſummiſſi oratoris ſed magni tñ germani attici.quoniã quicq̃d eſt ſalſum aut ſalubre in orõne id propriũ atticoꝝ eſt.e q̃bus tñ non oẽs faceti.Lyſias ſatis & Hyperides.Demades p̃ter ceteros ferẽ.Demoſthenes minus hr̃ quo q̃dẽ mihi nihil videẽ vrbanius.ſed non tã dicax fuit q̃ꝫ facetus.Eſt autẽ illud acrioris ingenii: hoc maioris artis.Vberius eſt aliud aliquãto robuſtius q̃ꝫ hoc humile de quo dictum eſt:Summiſſius autẽ quam illud de quo iam diceẽ ampliſſimum.Hoc in genere neruoꝝ vel minimũ.ſuauitatis autẽ eſt vel plurimum.Eſt eñ plenius q̃ꝫ hoc enucleatum.que autẽ illud ornatum copioſiſſumqꝫ ſummiſſimus.Huic oĩa dicendi ornamenta cõueniunt.plurimũqꝫ eſt in hac orõnis forma ſuauitatis.in qua multi floruerunt apud grecos.Sed Phalereus Demetrius meo iudicio preſtit ceteris.cuius orõ quũ ſedate placideqꝫ loquiẽ tũ illuſtrãt eã quaſi ſtelle quedã trãſlata verba atqꝫ imutata.Tranſlata dico ea:vt ſepe iã quæ ꝑ ſĩilitudinẽ ab alia re:aut ſuauitatis.aut inopie cauſa trãſferunẽ.Mutata:in quibus ꝓ verbo proprio ſubiicẽ.aliud q̃d idẽ ſignificet ſumptũ ex re aliqua cõſequẽti.quod quanq̃ꝫ trãſferendum ſit.tñ alio mõ trãſtulit.quã dixit Ennius arcẽ & vrbẽ orbas.alio mõ ſi pro patria arcẽ dixiſſet & horridam Aphricã terribili tremore tumultu.quũ dicit pro Aphris imutat Aphricã.Hãc hypallagen rhetores quia quaſi ſumanẽ verba pro verbis.metonymiã grãmatici vocãt.q̄ nõia trãſferunẽ.Ariſtoteles autem trãſlationi hec ipa ſubiũgit.& abuſionẽ quã cathacreſim vocãt.vt quũ minutũ dicimus animum pro paruo.& abutimur verbis propinquis ſi opus eſt.vel quod delectat:vel quod licet.iam quũ fluxerunt continue plures trãſlationes.alia plane ſit orõ.Itaqꝫ genus hoc greci appellãt allegoriã nõie recti genere.Melius ille.qui iſta oĩa trãſlationes vocat.Hec frequẽtat.Phalereus maxime ſunt.n.dulciſſima.& quanq̃ꝫ tranſlatio eſt apud eum multa.tñ mutationes nuſq̃ꝫ crebriores in idem genus orõnis.Loquar eñ de illa modica ac tpata verborum cadunt lumina oĩa.multæ etiam ſñiarum latæ eruditæqꝫ diſputationes ab eodem explicanẽ.& loci cõmunes ſine contentione dicunẽ.Quid multa.e philoſophoꝝ ſcholis tales fere euadunt.& niſi corã erit cõparatus ille fortior ꝑ ſe.hic quẽ dico ꝓbabitur.Eſt.n.etiam quoddã inſigne.& florens orõnis pictum.& expolitum genus.in quo oẽs verborum oẽs ſñiarum alliganẽ lepores.Hoc totum e ſophiſtarum fontibus defluxit.in forũ.ſed ſpertum a ſubtilibus.repulſum a grauibus.in ea de qua loquor mediocritate conſedit.Tertius ẽ ille amplus copioſus.grauis ornatus.in quo profecto vis maxima eſt.Hic eſt.n.cuius ornatum dicendi.& copiam admirate gentes eloquentiã in ciuitatibus plurimũ valere paſſe ſunt.Sed hanc eloquentiam quæ curſu magno ſonituqꝫ ferreẽ.quam ſuſpicerẽt.oẽs quam admirarenẽ.quã ſe aſſequi poſſe diffiderent.Huius eloquẽtie eſt tractare aĩos.huius oĩmodo ꝓmouere.Hæc mõ ꝑfringit.mõ irrepit in ſenſus.inſerit nouas opiniones.euellit inſitas.Sed multũ intereſt inter hoc dicendi genus & ſuperiora qui in illo ſubtili.& acuto elaborauit.vt callide & arguteqꝫ diceret.nec quiſq̃ꝫ altius cogitaret.hoc vno ꝓfecto magnus orator eſt.ſi nõ maximus minimeqꝫ in lubrico verſabiẽ.& ſi ſemel cõſtiterit nũq̃ꝫ cadet.Melius ille autem quẽ modicum & tpatum voco.ſi mõ ſuũ illud ſatis iuſtruxerit.non extimeſcit ancipitis dicendi incertoſqꝫ caſus.etiam ſi q̃n minus ſuccedet.vt ſæpe fit.magnum tñ periculum non adibit.Aliter.n.cadere non p̄t.Atvero hic noſter quem principem ponimus grauis acer ardens.ſi ad hoc vnum eſt natus:aut hoc ſolo ſe exercuit.aut huic generi ſtudet vni.nec ſuam copiam cum illis duobus generibus tpauit.maxime eſt contẽnendus.Ille enim ſummiſſus:q̄ acute & veteratoriæ dicit ſapiens iam.medius ſuauis.hic autem copioſiſſimus ſi nihil eſt aliud vix ſatis ſanus videri ſolet.Qui.n.nihil poteſt tranquille.nihil leniter.nihil partite.diffinite diſtincte.facete.dicere.præſertim quum cauſæ:partim totæ ſint eo modo partim aliqua ex parte tractandæ.ſi is non præparatis auribus inflãmare rem cœpit.furere apud ſanos.& quaſi iter ſobrios bacchari vinolentus videtur.Tenemus igitur Brute quem quærimus ſed animo non manu.Si prehẽdiſſem:ne ipſe quidem ſua tanta eloquentia mihi perſuaſiſſet.vt ſe dimitterem.Sed inuentus profecto eſt ille eloquens quẽ nunquam vidit Anthonius.Quid eſt igitur.ſed complectar breui diſſeram pluribus.Is eſt enim eloquens.qui humilia ſubtiliter:& magna grauiter.& mediocria temperate poteſt dicere.Nemo is inquies vnquam fuit.nec fuerit.Ego enim quid deſiderem.non quid viderim diſputo.Redeoqꝫ ad illam Platonis (de qua dixerim) rei formam & ſpeciem.quam & ſi non cernimus.tamen animo tenere poſſumus.Non enim eloquentem quæro.neqꝫ quicquam mortale & caducum.ſed illud ipſum cuius qui ſit compos.ſit eloquens:quod mihi eſt aliud niſi eloquentia ipſa.quam nullis niſi mentis oculis videre poſſumus.Is erit igitur eloquens.vt idem iteremus:qui poterit parua ſum

miſſe: modica teperate: magna grauiter dicere. Tota mihi cauſa pro Cæcina de uerbis interdicti fuit res inolutas definiendo explicauimus: ius ciuile laudauimus: verba ambigua diſtinximus. Fuit ornandus in lege manilia. Pompeius teperata orone: ornandi copiam pſecuti ſumus. Ius oẽe retinẽde maieſtatis. Rabirii cauſa continebat. Ergo in oñi genere amplificationis exarſimus. At hec interdum teperanda & varianda ſunt. Quod igit in accuſationis ſeptem libris nõ reperitur genus: quod in habiti: quod in Cornelii: quod in pluribus noſtris defenſionibus q̃ exepla ſe legiſſem: niſi vel nota eſſe arbitraret: vel poſſe eligere qui quereret. Nulla eſt eñ vllo in genere laus oratoris: cuiuſq̃ in noſtris orationibus non ſit aliqua ſi non perfectio: at conatus tamen: atq̃ adũbratio: nõ aſſequimur: at quid deceat videmus. Nec eñ nuuc de vobis: ſed de re dicimus: in quo tantũ abeſt: vt noſtra mirẽmur: vt vſq̃ eo difficiles moroſi ſumus: vt nobis non ſatiſfaciat ipſe Demoſthenes: qui quamquam vnus eminet inter omnes in omni genere dicendi: tamen non ſemp implet aures meas. Ita ſunt auidæ & capaces: & ſemp aliquid immẽſum infinitumq̃ deſiderant: ſed tamen quod iam: & hũc tu oratorem cum eius ſtudioſiſſimo lammene quũ eſſes Athenis totum diligentiſſime cognouiſti. Neq̃ enim dimittis e manibus: & tamen noſtra etiã lectitas. Vides profecto illũ multa pficere nos multa conari: illum poſſe: nos velle quocunq̃ modo cauſa poſtulet dicere: ſed ille magnus nam & ſucceſſit ipſe magnis: & maximos oratores habuit æquales. Nos magnũ feciſſemus: ſiquidem potuiſſemus quo contẽdimus puenire in ea vrbe in qua (vt ait Anthonius) auditus eloquens nemo erat. Atq̃ ſi Anthonio Craſſus eloquens viſus non eſt aut ſibi ipſe nunq̃ viſus eſſet: nũq̃ Sulpitius: nũq̃ Hortenſius. Nihil eñ ample Cotta: nihil leniter Sulpitius: non multa grauiter Hortenſius. Superiores magis ad omne genus apti: Craſſum dico & Anthoniũ. Leuinas igit huius multiplicis æquabiliter in omnia genera fuſæ orationis auris ciuitatis accæpimus: eaſq̃ nos primi quicũq̃ eramus. & quantulũcunq̃ dicebamus ad huius generis dicendi: audiendi: incredibilia ſtudia cõuertimus. Quantis illi clamoribus adoleſcẽtuli diximus de ſulpitio parricidarũ: quæ nequaquã ſatis deferuiſſe poſt quã to ſentire cœpimus. Quid enim tam cõmune: q̃ ſpiritus viuis: terra mortuis: mare fluctibus: littus eiectis. Ita viuũt dum poſſunt: vt ducere animã de cœlo nõ queãt ita moriũtur: vt eorũ oſſa terra nõ tangat: ita iactantur fluctibus vt nunq̃ abluantur: ita poſtremo eiiciũtur. vt ne ad ſaxa quidẽ mortui conquieſcãt: & quẽ ſequũtur. Sunt eñ oĩa ſicut adoleſcentis: non tã re & maturitate: q̃ ſpe & expectatione laudati ad hac indole iã illa matura vxor: gener: nouerca: filii: filiæ: pelex. Nec vero hic vnus erat ardor in nobis. vt hoc modo oĩa diceremus. Ipſa enim illa pro Roſcio iuuẽtibus redũdãtia multa habet attenuata. quædam etiã paulo hilariora. At pro habito. pro Cornelio. compluribuſq̃ aliis. Nemo enim tam multa orator. ne in græco quidem ocio ſcripſit. quã multa ſũt noſtra. ea quæ hãc ipſam habent quã probo varietatem. An ego Homero. Ennio. reliquis poetis maximis tragicis concederem. vt ne omnibus locis eadem contentione vterentur. crebroq̃ mutarent. Nõnunquã etiã ad quotidianum genus ſermonis accederent. Ipſe nunquã ab illa acerrima contẽtione diſcederẽ. Sed quid poetas diuino ingenio profero. Hiſtriones eos audimus. quibus nihil poſſet in ſuo genere eſſe præſtantius. qui non ſolum in diſſimilimis perſonis ſatiſfaciebant. quũ tamen in ſuis verſarentur. ſed & comædum in tragediis. & tragœdum in comædiis admodum placere vidimus. Ego non elaborem quum dico me: te Brute dico. Nam in me quidem iampridem affemum eſt quod futurũ fuit. Tu autem eodem modo omnis cauſas ages. aut aliquod cauſarum genus repudiabis. aut in iiſdem cauſis perpetuũ. & eundem ſpiritum ſine vlla cõmutatiõe obtinebis. Demoſthenes cuius nuper inter imagines tuas ac tuorum. q̃ eum credo amares. quũ ad te in tuſculanum veniſſem. imaginem ex ære vidi. nihil Lyſiæ ſubtilitate cedit. nihil argutiis. & acumini Hiperidis. nihil leuitati Aeſchinis. & ſplẽdore verborum. Multe ſunt eius totæ orationes ſubtiles. vt contra Leptinem. multæ ſunt. & totæ graues. vt quædam philippicæ multe variæ. vt contra Aeſchinem falſæ legationis: vt contra eũdem pro cauſa Cteſiphontis. Iam illud medium quotiens vult arripit. vt a grauiſſima diſcẽdens eo potiſſimũ delabitur. clamores tamen tum mouet: & tum indicendo plurimum efficit. quũ grauitatis locis vtitur. ſed ab hoc parumper habeamus. quandoquidẽ de genere non de homine quærimus rei potius id eſt eloquentie vim & naturam explicemus. Illud quod iam ante diximus meminerim⁹. nihil nos præcipiendi cauſa dicturos atq̃ ita potius acturos vt extimatores videamur loqui non magiſtri in quo tamen longius progredimur quod videmus hoc te non ſolum eſſe lecturum qui ea multo quã nos qui quaſi docere videamur habes notiora. Sed hunc librum etiam ſi minus noſtra tuo tamẽ nomine diuulgari neceſſe eſt. Eſſe igitur perfecte eloquentis puto nõ eam ſolum facultatẽ habere quæ ſit eius propria fuſe. lateq̃ dicendi ſed etiam vicinam eius atq̃ finitimam dialecticorum ſcientiã aſſumere quanq̃ aliud videtur oratio eſſe. aliud diſputatio. nec idem loqui eſſe quod dicere. Attamen vtrumq̃ in piſſerendo eſt diſputandi ratio. & loquendi dialecticorum. ſic oratorum autem dicendi & ornandi. Zeno quidem ille a quo diſciplina ſtoicorum eſt manu demonſtrare ſolebat. quid inter has artis intereſſet. Nam quum compreſſerit digitos pugnumq̃ fecerit. dialecticam aiebat eiuſmodi eſſe. Quum autem diduxerat. & manum dilatauerat palme illius ſimilem eloquentiam eſſe dicebat. Atq̃ etiam ante hunc Ariſtoteles principio artis rethoriee dicit illam artem quaſi ex altera parte

reſpondere dialecticæ.vt hoc videlicet differat inter ſe.ꝙ hec ratio dicendi latior ſit illa loquendi cō
tractior. Volo igitur huic ſummo omnē.quæ ad dicendum tradi poſſet. loquendi rationē eſſe notā
quæ quidem res:quod te his artibus eruditum minime fallit.duplicem habuit dicendi viam. Nam
& ipſe Ariſtoteles tradidit præcepta plurima diſſerendi.& poſtea qui dialectici dicuntur ſpinoſiora
multa pepererūt.Ergo eum cenſeo qui eloquentiæ laude ducatur nō eſſe earum oīno rudē.ſed vel il
la antiqua.vel hac Chryſippi diſciplina inſtitutum.Nouerit primū vim:naturam.genera verborum
& ſimplicium:& copulatorum.Deinde quot modis quicqꝫ dicatur:qua ratione verum falſum ne ſic
iudicetur:quid efficiatur:eo quoqꝫ quod cuiqꝫ conſequens ſit quodqꝫ contrarium.Quūqꝫ ambigue
multa dicantur.quomodo quicqꝫ eorum diuidi.explanariqꝫ oporteat.hæc tenenda ſunt oratori. Sæ
pe em̄ occurrunt:ſed quo ſua ſponte ſqualidiora ſunt adhibendus erit in his explicandis quidā ora
tionis nitor.Et quoniam in oībus que ratione docentur:& via primū conſtituendū eſt.quid quoqꝫ
ſit:niſi:enim inter eos qui diſceptēt cōuenit.quid ſit illud de quo ambigitur.nec recte diſſeri.nec vn
quam ad exitum peruenīri poteſt.Explicanda eſt ſepe verbis mens noſtra de quaqꝫ re.atqꝫ inuolute
rei noticia diffiniendo aperienda eſt.Siquidem eſt diffinitio.eſt oratio quæ quid ſit id de quo agitur
oſtendit quābreuiſſime.Tum vt ſcis explicato genere cuiuſqꝫ rei.videndum eſt que ſint ejus gene-
ris.ſiue formæ.ſiue partes in eas tribuatur omnis oratio.Erit igitur hæc facultas in eo quem volu-
mus eſſe eloquentem.vt definire rem poſſit.neqꝫ id faciat tam preſſe:& anguſte:que in illis eruditiſ
ſimis diſputationibus fieri ſolet.ſed quū explanatus:tum etiam vberius.& ad cōmune iudiciū po-
pularemqꝫ intelligentiam accōmodatius.Idemqꝫ etiam qum res poſtulabit. genus vniuerſū ſpecies
certas:vt nulla neqꝫ prætermittatur:neqꝫ redundet:partietur ac diuidet.Quando autem.aut quomo
do id facias.nihil ad hoc tempus:quoniam(vt ſupra dixi) iudicem me eſſe nō doctorem volo:Nec
vero dialecticis modo ſit inſtructus.ſed habeat omnis philoſophiæ notos & tractos locos.Nihil.n.
de religione.nihil de morte.nihil de pietate.nihil de charitate patriæ.nihil de bonis rebus.aut malis
nihil de virtutibus aut viciis.nihil de officio.nihil de dolore:nihil de voluptate.nihil de perturbatio
nis animi & erroribus.quæ ſæpe cadunt in cauſas.ſed ieiunius agūtur.nihil inqꝫ ſine ea ſcientia quā
dixi grauiter:ample copioſe dici & explicari poteſt.De materia loquor orationis etiam nunc non de
genere ipſo dicendi. Volo enim prius habeat orator rem de qua dicat dignam auribus eruditis.quā
cogitet:quibus verbis quicqꝫ dicat.aut quomodo.quem etiam quo grandior ſit & quodāmodo ex
celſior.vt de Pericle dixi ſupra.ne phyſicorum quidem eſſe ignarum volo Omnia profecto quum
ſe a cœleſtibus rebus refert.ad humanas excelſius magnificentiuſqꝫ & dicet & ſentiet Quumqꝫ il-
la diuina cognouerit.nolo ne ignoret:ne hec quidem humana ius ciuile teneat.quo egent cauſæ fo-
renſes quotidie.Quid eſt enim turpius ꝙ legitimarum & ciuilium cōtrouerſiarum patrocinia ſuſci-
pere:quum ſis legum & ciuilis iuris ignarus.Cognoſcat enim rerum geſtarum.& memorie veteris
ordinem maxime ſi libet noſtræ.ciuitatis.ſed & imperioſiorum populorum & regum illuſtrium.
quem laborem nobis attici noſtri leuauit labor.qui conſeruatis notatiſqꝫ temporibus nihil quū il-
luſtre prætermitteret annorum ſeptingentorum memoriam vno libro colligauit. Neſcire autem
quid antea ꝙ natus ſit acciderit.id eſt ſemper eſſe puerum. Quid enim ætas:hominis niſi memoria
rerum veterum.quum ſuperiorum ætate contexitur. Cōmemoratio autem antiquitatis: exemplo-
rumqꝫ probatio ſumma cum delectatione.& auctoritatem orationi affert.& fidem.Sic igitur inſtru-
ctus veniat ad cauſas.quarum habebit genera primum ipſa cognita. Erit enim ei perſpectum.nihil
ambigi poſſe in quo non aut res controuerſiam faciat:aut verba.Res aut de vero aut de recto aut
de nomine.Verba aut de ambiguo.aut de contrario.Nam ſiquando aliud in ſententia videtur eſſe:
aliud in verbis genus eſt quoddam ambigui.quod ex præterito verbo fieri ſolet. In quo quod eſt
ambiguorum proprium res duas ſignificari videmus.Quum tam ſint genera cauſarum etiam argu-
mentorum precepta pauca ſunt:traditi ſunt:e quibus ea ducantur duplices loci:vni e rebus ipſis al-
teri aſſumpti.Tractatio igitur rerum afficit admirabiliorem orationem.nam ipſe quidem res inper
facili cognitione verſantur. Quid enim iam ſequitur quod quidem artis ſit:niſi ordiri orationem
in quo aut concilietur auditor.aut erigatur aut paret ſe ad dicendū. Rem breuiter exponere & pro-
babiliter & aperte vt quid agatur intelligi poſſit.ſua confirmare.aduerſaria euertere.eaqꝫ efficere nō
perturbare.ſed ſingulis argumētationibus ita cōcludendis: vt efficiatur quod ſit cōſequens his quæ
ſumētur ad quanqꝫ rem confirmādam.poſt omnia per orationē inflāmantē reſtringuentēue conclu-
dere.has partes queadmodum tractet ſingulas.difficile dictu eſt hoc loco.nec enim ſemper tractan-
tur vno modo.Quoniam autem non quem doceam quero.ſed quem probem.Probabo primū eum
qui qd deceat videbit.Hæc enim ſapientia maxime adhibenda eloquenti eſt.vt ſit temporū perſona
rūqꝫ moderator.Nam nec ſemper nec apud omnis.nec contra omnis.nec pro omnibus.nec oībus
eodem modo dicendum arbitror.Is erit ergo eloquens:qui ad quodcūqꝫ decebit poterit accommo
dare orationem.Quod quum ſtatuerit.tū vt quicqꝫ erit dicendū.ita dicet.nec ſatura ieiune.nec gran
dia minute.nec itē cōtra.ſed erit reb⁹ ipis par & eqlis oro Pricipia verecūda n̄ elatis intēſa verbis ſed
acuta ſentētiis.vel ad offenſionem aduerſarii.vel ad cōmendationem ſui.Narrationes credibiles nec

hiſtorico:ſed ꝑpe quotidiano ſermoue explicate dilucide. Deinde ſi tenues cauſæ tū etiam argumē-
tandi tenue filium. & in dicendo & in refellendo: idq́ȝ ita tenebitur. vt quanta ad rem tanta ad orōnē
fiat acceſſio. Quū vero cauſa ea inciderit. in qua vis eloquentiæ poſſit exprimi. tum ſe latius fundet
orator. tum reget & flectet animos. & ſic afficiat vt volet. i. vt cauſæ natura & ratio tēporis poſtula-
bit. Sed erit duplex omnis eius ornatus ille admirabilis. propter quem aſcendit in tm̄ honorem elo
quentiæ. Nam quū omnis pars oratōis eſſe debet laudabilis. ſic vt verbum nullū niſi aut graue aut
elegans excidat. tum ſunt maxime luminoſæ & quaſi actuoſæ partes duæ. Quarum alterā in vniuer
ſi generis quæſtionem pono. (quā vt ſupra dixi) græci appellant theſim. Alterā in augendis ampli-
ficandiſq́ȝ rebus. que ab eiſdem auxoſis eſt noiata. Quæ & ſi æqualiter toto corpore orōnis fuſa eſſe
debet. tn̄ in cōibus locis maxime excellet. qui cōmunes appellati. ꝙ videntur multarū iidem eſſe cau
ſarum. ſed proprii ſingularū eſſe debebūt. Ac vero illa pars orōnis que eſt de genere vniuerſo totas
cauſas ſæpe continet. Quicquid eſt enim illud in quo quaſi certamen eſt cōtrouerſiæ. quod græce cri
eſt quod expectetur docti alicuius ſententia.quod enim probat multitudo. hoc idem doctis probā-
dum eſt.deniqꝫ hoc ſpecimē eſt popularis iudicii.in quo nūqꝫ fuit populo cū doctis intelligentibuſqꝫ
diſſenſio.Quū multi eſſent oratores invario genere dicēdi.qs vnqꝫ ex his excellere iudicatus ē vul-
gi iudicio.qui non idem a doctis probaretur.Quando autem dubiū fuiſſet apud patres noſtros eli-
gendi.cui patroni daretur optio.quū aut Antonium optaret.aut Craſſum.aderant multi alii. tamen
vtrum de his potius.dubitaſſet aliquis quin alteꝝ nemo .Quid adoleſcētibus nobis. cum eſſet Cot
ta & hortenſius.num quis quo quidem eligendi poteſtas eſſet quāquā his anteponebat. Tum bru
tus.Quid tu inquit queris alios.de te ipo.non nequid optarent rei.quid ipe Hortēſius iudicaret vi-
debamus.qui quū partiret tecum cauſas.Sæpe eñ interfui perorandi locum.vbi plurimū pollet ora
tio ſemper tibi relinquæbat.Faciebat ille quidem inquā & mihi beniuolētia credo ductus tribuebat
oñia.Sed ego q̄ de me populi ſit opinio neſcio.de reliquis hoc affirmo.q̄ vulgi opinioe diſertiſſimi
habiti ſint.eoſdem intelligentiū quoqꝫ iudicio fuiſſe probatiſſimos.Nec eñ poſſet idem Demoſthe
nes dicere.quod dixiſſe antimachum clarūm poetam ferunt qui quū conuocatis auditoribus lege-
ret eis magnū illud.quod nouiſtis volumē ſuū.& eum legentem omnes preter platonem reliqſſent.
legam inquit nihilominus.Plato eñ mihi vnus inſtar eſt omniū:me illum & recte. Poema eñ recon
ditum paucoꝝ approbatione oratio popularis aſſenſum vulgi debet moueri.At ſi eūdem hunc Pla
tonem vnū adiutorem haberet Demoſthenes.quū eſſet relictus a cæteris verbum facere non poſſet
Quid tu Brute poſſes.niſi te vt Curionem quandam concio reliquiſſet.Ego vero inquit ille.vt me ti
bi iudicem in eis etiam cauſis in quibus omnis res nobis cum iudicibus eſt. non cum populo. tamē
ſi a corona relictus ſim non queam dicere . Ita ſe inquam res habet.vt ſi tibiæ inflatæ non referant
ſonum abiiciendas eas ſibi tibicem putet.Sic oratori populi aures tanquam tibiæ ſunt. eæ ſi inflatū
non recipiunt.aut ſi auditor omnino tanqꝫ equus non facit agitandi finis faciendus eſt.Hoc tamen
intereſt.quod vulgus interdum non probandum oratorem probat. ſed probat ſine comparatione
quū a mediocri . aut etiam a malo delectatur: eo eſt contentus. eſſe melius non ſentit illud quod eſt.
qualecūqꝫ eſt probat . Tenet enim aures vel mediocres orator modo aliquid in eo. nec res vlla plus
apud animos hominum.quā ordo.& ornatus orationis valet.Quare quis ex populo quū Qu.Scæ
uolam pro.M.Coconio dicentem audiſſet in ea cauſa(de qua ante dixi)quicquam politius.aut ele-
gantius.aut omnino melius.aut expectaret.aut poſſe fieri putaret. Quū is hoc probare vellet. M.
Curium quū ita heres inſtitutus eſſet.ſi pupillus ante mortuus eſſet quam in ſuam tutelam veniſſet
pupillo non nato heredem eſſe non poſſe.Quid ille non dixit de teſtamentorum iure de antiqs for
mulis.quemadmodum ſcribi oportuiſſet.ſi etiam filio non nato heres inſtitueretur. Quam captio-
ſum eſſe populo quod ſcriptum eſſet negligi.& opinione quæri volūtates. & interpretatione diſer-
torum.ſcripta ſimplicinm hominum peruertere.quam ille multa de auctoritatē patris ſui.qui ſemꝑ
ius illud eſſe defenderat.quam omnino multa de iure ciuili.q̄ qdem omnia cū perite & ſcienter. tum
ita breuiter & p̄ſſe & ſatis ornate.& perelegāter diceret.quis eſſet in populo.qui aut expectaret.aut
fieri poſſe quicquā melius putaret.A tuero vt cōtra Craſſus ab adoleſcēte delicato. qui i littore ābu
lans ſcalmū reperiſſet.ob eāqꝫ rē ædificare nauem cōcupiuiſſet exorſus ē ſimiliter Scæuolam ex vno
ſcalmo captionis.centūuirale iudiciū hereditatis effeciſſe.hoc in illo initio cōſecutis multis eiuſdem
generis ſentētiis delectauit:aīoſqꝫ oīm qui aderant in hilaritatē a ſeueritate traduxit. qđ eſt vnum ex
tribus q̄ dixi.ab oratore effici debere.deinde hoc voluiſſe eū qui teſtamētū feciſet hoc ſenſiſſe.quo-
quo mō filius non eſſet qui in ſuā tutelā veniſſet ſiue non natus ſiue ante mortuus Curius hæres vt

eſſet.ita ſcribere pleroſꝗ & id valere.& valuiſſe ſemper.hæc & multa eiuſmodi dicens fidem faciebat.quod eſt ex tribus oratoris officiis .alteꝝ deinde æquū bonum teſtamentoꝝ ſententias volūtateſꝗ tutatus eſt.quanta eſſet in verbis captio quū in cæteris rebus.tum in teſtamentis.ſi negligerentur voluntates.quantam ſibi potētiam ſcæuola aſſumeret.ſi nemo auderet teſtamentū facere.poſtea niſi de illius ſententia.hæc quū grauiter tum ab exemplis copioſe.tum varie.tum etiā ridicule & facile explicans.eam admirationem.aſſenſionemꝗ cōmouit.dixiſſe vt cōtra nemo videretur. hoc erat oratoris officium partitione.terciū genere maximū.hic ille de populo iudex qui ſeꝑatim alterum admiratus eſſet idem audito altero iudicium ſuum contemneret. At uero intelligens & doctus audiēs ſcæuolam ſentiret eſſet quoddam vberius dicendi genus.& ornatius.ab vtroꝗ autem cauſa perorata ſi q̄retur vter præſtaret orator.nunquā profecto ſapientis iudiciū a iudicio vulgi diſcreparet.Qui præſtat igitur intelligens imperito magna re a difficili.ſiquidem magnū eſt ſcire quibus rebus efficiatur.amittaturue dicēdo illud quicquid eſt.quod aut effici dicendo oportet.aut amitti non oportet. Præſtat etiam illo doctus auditor indocto quod ſæpe quū oratores duo aut plures populi iudicio ꝓbant.quod dicendi genus optimū ſit intelligit.Nam illud quod populo non ꝓbatur.ne intelligenti quidem auditori probari poteſt.Vt eñ ex neruoꝝ ſono in fidibus q̄ꝫ ſciēter ei pulſi ſunt intelligi ſolet.ſic ex animoꝝ motu cernitur.quid tractandis his ꝑficiat orator.Itaꝗ intelligēs dicendi exiſtimator non aſſidens.& attente audiens ſed vno aſpectu & p̄teriens de oratore ſæpe iudicat. Videt oſcitantem in dicem loquentē cum altero.nōnunquā etiam circulantem mittentē ad horas q̄ſitorem. vt dimittat rogantem.intelligit oratorem in ea cauſa nō adeſſe qui poſſit animis iudicū admouere orationem.tanquā fidibus manū.Idem ſi p̄teriens aſpexerit.erectos intuentes iudices.vt aut doceri de re.idꝗ etiam vultu ꝓbare videant.aut vt auem cantu aliquo.ſic illos viderit oratione quaſi ſuſpenſos teneri.aut id quod maxime opus eſt miſericordia.odio.motu animi aliquo perturbatos eſſe vehementius.ea ſi p̄teriens (vt dixi) aſpexerit.ſi nihil audierit. tamen oratorem verſari in illo iudicio. & opus oratoriū fieri.aut ꝑfectum iam eſſe.ꝑfecto intelliget. Quū hæc deſeruiſſem vterꝗ aſſenſus eſt.& ego tanq̄ꝫ de integro ordinās:Quādo igiť inquā a Cotta & Sulpitio hæc omnis fluxit oratio. quū hos maxime iudicio illoꝝ hominū.& illius ætatis dixiſſem ꝓbatos reuertar ad eoſipos tum reliquos.vt inſtitui deinceps ꝑſequar.Quoniā ergo oratoꝝ bonoꝝ (hos eñ q̄rimus) duo genera ſunt Vnū attenuate p̄ſſeꝗ.Alterum ſublate.ampleꝗ dicentiū.& ſi id melius eſt quod ſplendidius. & magnificentius.tamen in bonis omnia quæ ſumma ſunt.iure laudanť.ſed cauenda eſt preſſo illi oratori inopia.& ieiunitas:Amplo autem inflatum.& corruptum orationis genus.Inueniebat igitur acute Cotta dicebat pure.ac ſolute.& vt ad infirmitatem laterum ꝑſcienter contentionē omnē remiſerat. ſic ad viriū imbecillitatem dicendi accomodabat genus. Nihil erat in eius oratione niſi ſinceꝝ. nihil niſi ſiccum.atꝗ ſanum.illudꝗ maximū q̄d quū contentione orationis flectere animos iudicum vix poſſet.nec omnino eo genere diceť tractando tamen impellebat vt idem faceret a ſe commoti.quod a Sulpitio concitati.Fuit eñ Sulpitius vel maxime quos q̄dem ego audiuerim grandis.& vt ita dicā Tragicus orator. Vox quū magna.tum ſuauis & ſplendida.geſtus & motus corporis ita venuſtus. vt tamen ad forum nō ad ſcenam inſtitutus videreť.Incitata & volubilis.nec ea redūdans. tamē nec circūfluens oratio.Craſſum hic volebat imitari.Cotta malebat antoniū. ſed ad hoc vis aberat antonii Craſſi ab illo læpos.O magnā inq̄t artem brutus.ſiquid iſtis quū ſummi eſſent oratores duæ res maxime altera alteri defuit atꝗ in his oratoribus illud animaduertendū poſſe eſſe ſummos. qui iter ſe ſunt diſſimiles.Nihil eñ tam diſſimile quā Cotta Sulpitio & vterꝗ equalibus ſuis plurimū preſtitit.Quare hoc doctoris intelligentis eſt videre quo ferat natura ſua queꝗ. & ea duce vtentē ſic inſtituere:vt Iſocratem in acerrimo ingenio Theopompi.& leuiſſimo ephori dixiſſe traditū eſt. alteri ſe calcaria adhibere.alteri frenos. Sulpitii orōnes q̄ ferūtur.eas poſt mortem eius ſcripſiſſe.P. Canutius putatur equalis meus.homo extra noſtrū ordinem.o meo iudicio diſertiſſimus.Ipſius Sulpitii nulla oratio eſt.ſepeꝗ ex eo audiui.quū ſe ſcribere neꝗ conſueuiſſe.neꝗ poſſe diceret. Cotte pro ſe lege varria que inſcribitur eam.L.aelius ſcripſit Cotte rogatu. Fuit is omīno vir egregius. & eques romanus.cum primis honeſtus. idemꝗ eruditiſſimus. & grecis lr̄is & latinis antiq̄tatiſꝗ nr̄e. & in inuentis rebus.& in actis ſcriptoꝝ veterum litterate penitus quam ſcientiam varro noſter acceptam ab illo.auctamꝗ per ſeſe.vir ingenio preſtans.omniꝗ doctrina.pluribus & illuſtrioribus litteris explicauit.ſed idem Aelius ſtoycus voluit.orator autem.nec ſtuduit vnꝗ.nec fuit.ſcribebat tñ orōnes quas alii diceret:vt Qu.Metello.F.vt Qu.Cæpione.vt Qu. Pompeio Ruffo.quāꝗ is etiam ip̄e ſcripſit eas.quibus pro ſe eſt vſus ſed non ſine aelio.His eñ ſcriptis etiam ip̄e interfui quū eſſem apud aelium adoleſcens.eumꝗ audire perſtudioſe ſolerem.Cottam autem miror ſummū ip̄m oratorē.minimeꝗ ineptū Aelianas leuis oratiunculas voluiſſe exiſtimari ſuas.His duobus eiuſdem etatis annumerabatur nemo tercius ſed mihi placebat Pomponius maxime vel dicam minime diſplicebat. locus erat omnino in maximis cauſis p̄ter eos (de quibus ſupra dixi) nemini ꝓpterea quod Antonius qui maxime expetebať facilis in cauſis recipiendis erat.faſtidioſior Craſſus ſed tamen recipiebat.horum qui neutrum habebat confugiebat ad philippum fere.aut ad ceſarem.cotta Sulpitius expetebantur.ita ab iis ſex patronis cauſe illuſtres agebantur.neꝗ tam multa q̄ꝫ noſtra etate iudicia fiebant.neꝗ hoc quidem nūc fit.vt cauſe ſingule defenderentur a pluribus quo nihil eſt vicioſius. Reſpondemus iis quos non audiuimus in quo primū ſepe aliter ē dictū. aliter ad nos relatum. deinde

magni intereſt coram videre me quemadmodum aduerſarius de quaq; re aſſeueret. maxime autem
quemadmodum queq; res audiatur. ſed nibil vicioſius. q̃ quũ vnum corpus debeat eſſe defenſiõis
naſci de integro cauſam quũ ſit ab altero perorata. Omniũ enim cauſarũ. vnum ẽ naturale principiũ
vna peroratio. reliquæ ptes. quaſi membra ſuo queq; loco notata ſuam vim & dignitatẽ tenẽt. Quũ
autem difficile ſit in longa oratione non aliquando aliquid ita dicere. vt ſibi ipe non conueniat. quã
to difficilius cauere nequid dicas quod non conueniat eius orationi. qui ante te dixerit. ſed qa & la
bor multo maior ẽ totam cauſam q̃ partem dicere. Et quia plures ineũtur gratiæ ſi vno tempore di
cas pro pluribus. iccirco banc couſuetudinem libenter aſciuimus. Erant tamen quibus videretur il
lius ætatis tercius Curio. quia ſplendidioribus fortaſſe verbis vtebatur. & quia latine non peſſime
loquebatur. vſo credo aliquo domeſtico. nam litterarum admodum nibil ſciebat. ſed magni intereſt.
quos quiſq; audiat quotidie domi. quibus cum loquatur a puero. quemadmodũ patres pedagogi
matres etiam loquãtur. Legimus epiſtolas cornelie matris Graccboꝝ. apparet filios non tam ĩ gre
mio educatos. q̃ in ſermone matris. Auditus eſt nobis lælię. C. filiæ ſæpe ſermo. Ergo illã pr̃is elegã
tia tinctam vidimus & filias eius mutias ambas quarũ ſermo mibi fuit notus & neptes licinias. qs
nos quidem ambas. bancq; vero Scipionis etiam tu Brute credo aliquando audiſti loquẽtem. Ego ve
ro ac lubenter inquit brutus. & eo lubentius ꝙ. L. Craſſi erat filia. Quid Craſſum inq̃ illum cenſes
iſtius liciniæ filium Craſſi taſtamento qui fuit adoptatus: ſummo iſte quidem dicitur ingenio fuiſſe
inquit. Et vero bic Scipio collega meus. mibi ſane bene & loqui videtur. & dicere. Recte inquam iu
dicas brute. Etenim iſtius generis eſt ex ipius ſapientiæ ſtirpe generat. Nam & de duobus auis iam
diximus. Scipione & Craſſo. & de tribus pauis. Qu. Metello. cuius quatuor filii. P. Scipione qui ex
dominatu Ti. Gracchi priuatus in libertatem. r. p. vindicauit. Qu. Scæuola augure. qui peritiſſimus
iuris idemq; percomis ẽ babitus. Iam duoꝝ abauoꝝ quam ẽ illuſtre nomẽ. P. Scipionis qui bis con
ſul fuit. qui ẽ. Corculũ dictus. alterius omniũ ſapientiſſimi. C. Lælii. O generoſam inquit ſtirpẽ & tã
quam in vnam arborem plura genera. ſic in iſtam domũ multorum inſitam. atq; illuminatam ſapien
tiam. Similiter igit̃ ſuſpicor vt conferam parua magnis. Curionis. & ſi pupillus relictus ẽ. patrio fu
iſſe inſtituto puro ſermone aſſuefactam domũ & eo magis boc iudico ꝙ neminem ex iis quidem q
aliquo in numero fuerunt. cognoui in omni genere boneſtarum artium tam indoctum. tam rudem:
nullum ille poetam nouerat. nullum legerat oratorem nullam memoriam antiquitatis collegerat. nõ
publicũ ius. non priuatum & ciuile cognouerat. q̃q; id quidem fuit etiam in aliis & magnis quidem
oratoribus. quos parum bis inſtructos artibus vidimus. vt Sulpitiũ. & antoniũ. Sed ei tamẽ vnum
illud babebant dicendi opus elaboratum. idq; quũ conſtaret ex quinq; notiſſimis partibus. nemo in
aliqua parte eaꝝ. omnino nibil poterit. In quacũq; eñ vna plane claudicaret orator eſſe non poſſet.
ſed tamen alius in alia excedebat. magis reperiebat quid dici opus eſſet. & quomõ pparare & quo lo
co locari. memoriaq; ea cõprebendebat. Antonius autem excellebat actione. erant ei q̃dam. & bis pa
ria cum Craſſo. quædam ea etiam ſuperiora. At Craſſi magis enitebat oratio nec vero Sulpitio. neq;
Cotte dicere poſſumus. neq; cuiq; bono oratori rem vllam ex illis quinq; partibus plane atq; oĩno
defuiſſe. Itaq; in Curione boc veriſſime iudicari poteſt. nulla re vna magis oratorem commendari.
quam verborum ſplendore. & copia: Nam quũ tardus in cogitãdo. tũ in inſtruendo diſſipatus fuit.
Reliqua duo ſunt. agere. & meminiſſe in vtroq; Caccbinno irridẽtiũ cõmouebat. Motus erat is. quẽ
&. C. Iulius in ppetuum notauit: quũ ex eo in vtranq; partem toto corpe vacillante quæſiuit. qs lo
queret̃ e lintre: &. Cn. Sicinius bomo impurus. ſed admodum ridiculus. neq; aliud in eo oratoris ſi
mile q̃cq̃. is quũ tr. plæ. Curionẽ & octauiũ cõſ. pduxiſſet. Curioq; m̃lta dixiſſet ſedẽte. Cn. octauio
collega. q deuinctus erat faſciis. & multis medicamẽtis ppter dolorẽ artuũ delibutus. nũquã inquit
octauio collegæ tuo g̃ras referes: q niſi ſe ſuo more iactauiſſet bodie te iſtic muſcæ comediſſent. Me
moria aũt ita fuit nulla. vt aliquoties tria quũ pppoſuiſſet. aut quartũ adderet. aut terciũ q̃reret qui in
iudicio priuato vl' maximo. quũ ego p Ticinia cotte porauiſſem: ille cõtra me p Seruio Neuio dice
ret. ſubito totã cãm oblitus ẽ. idq; veneficiis. & cãtionibus Ticinie factũ eſſe dicebat. Magna bæc is
memoris ingenii ſigna. ſed nibil turpius: quã q̃d etiã ĩ ſcriptis obliuiſcebat̃. qd pauloante poſuiſſet.
vt in eo libro vbi ſe exeũtem a ſenatu. & cũ panſa nr̃o. & cũ Curinoe filio colloq̃ntem facit quũ ſena
tum Ceſar conſ. babuiſſet. om̃iq; ille ſermo ductus ẽ pcontatione filii. qd in ſenatu eſſet actũ. In quo
multis verbis quũ inueberet̃ in Ceſarẽ curio. diſputatioq; eſſet inter eos: vt eſt conſuetudo dialogo
rũm. quũ ſermo eſſet inſtitutus ſenatu miſſo. quem ſenatum Ceſar conſ. babuiſſet. reprebendit eas
res. quas idem Ceſar anno poſt. & deinceps reliquis annis adminiſtrauiſſet in Gallia. tum brutus ad
mirans. tantam ne fuiſſe obliuionem. inquit in ſcripto preſertim vt ne legens q̃dem vnq̃ ſenſerit q̃n
tum flagitii cõmiſiſſet. Quid aũt inquã brute ſtultius. q̃ ſi ea vitupare volebat. que vitupauit. nõ eo
tempe inſtituere ſermonem. quũ illarum rerum iam tempora preteriſſent. Sed ita totus errat. vt ĩ eo
dem ſermone dicat in ſenatu ſe ceſare conſule non accedere. ſed id dicat ipo conſ. eſiens e ſenatu. Iã
qui bac parte animi. que cuſtos eſt ceterarum ingenii partium tam debilis eſſet. vt ne in ſcripto qui
dem meminiſſet. qd pauloante poſuiſſet. buic minime miru eſt. ex tẽpore dicenti ſolitam effluere mẽ
tem. Itq; quũ ei nec officium deeſſet. & flagraret ſtudio dicẽdi ppauce ad eum cauſæ deferebantur:
Orator aũt viuis equalibus eius proximis optimis nũerabat̃. ppter verborũ bonitatẽ (vt añ dixi)
& expeditã. ac profluentẽ quodammodo celeritatẽ. Itaq; eius orationes aſpiciendas tamen cenſeo:

ſunt ille quidem laguidiores. verumtamen poſſunt augere. & quaſi alere id bonum. quod in illo me-
diocriter fuiſſe concedimus. quod habet tantam vim. vt ſolum ſine aliis in Curione ſpeciem orato-
ris alicuius effecerit. Sed ad inſtituta redeamus. In eodem igitur numero eiuſdem ætatis. C. Carbo
fuit illius eloquentiſſimi viri filius. non ſatis acutus orator. ſed tamẽ orator numeratus eſt. Erat in
verbis grauitas & facile dicebat. & auctoritatem naturalem quandam habebat oratio. Acutior. Qu.
Varrius rebus inueniẽdis. minus nec verbis expeditus. fortis vero actor & vehemẽs. & verbis nec
inops. nec abiectus. & quem plane oratorem dicere auderes. Cn. Pomponius lateribus pugnãs. in-
citans animos. acer acribus criminoſus. multũ ab iis aberat. L. Fuſius tamen ex accuſatione. M. Aq-
lii diligentiæ fructum cæperat Nam. M. Druſum tuũ magnum auũculum grauem, oratorem ita dũ
taxat quũ de rep. diceret. L. autem Lucullũ etiam acutum. patremqꝫ tuũ brute. iuris quoqꝫ & publici.
& priuati ſane peritum. M. Lucullum. M. Octauiũ. Cn. filios. qui tm̃ auctoritate dicendoqꝫ valuit. vt
legem ſemproniã frumentariam populi frequentis ſuffragiis abrogauerit. Cn. Octauiũ. M. Fuſium
M. Catonẽ p̃rem. Qu. etiam catullum filiũ abducamus ex acie. i. a iudiciis & in p̃ſidiis. r. p. cui facilie
ſatiſfacere poſſint collocemus. Eodem. Qu. cepionem referrẽ. niſi nimis equeſtri ordini deditus a ſe
natu diſſediſſet. Cn. carbonẽ. M. Mariũ. & ex eodem genere cõpluris minime dignos. elegantis cõ-
uentus auribus aptiſſimos cognoui. turbulentis contionibus quo in genere vt in iis p̃turbem æta
tum ordinem. nup. L: Quintius fuit aptior. etiam Palicanus auribus imperitoꝝ. Et qm̃ huius gene-
ris facta mentio eſt. ſeditioſoꝝ omniũ poſt Gracchos. L: Appuleius ſaturnius eloq̃ntiſſimus viſus
eſt. magis ip̃e tamẽ & motu. atqꝫ ip̃o amictu capiebat homines. qui aut dicendi copia. aut mediocrita
te prudentiæ. Longe autem poſt natos homines improbiſſimus. C. Seruilius glaucia. ſed pacutus.
& callidus cum primiſqꝫ ridiculus. ridiculus is ex ſummis. & fortunæ. & vitæ ſordibus. in p̃tura cõſ.
factus eſſet. ſi ratõnem eius habere licere iudicatũ eſſet. Nam & plæbem tenebat & æqueſtrem ordi-
nem beneficio legis deuinxerat. Is prætor eodem die quo ſaturnius tri. plæ. Mario: & Flacco conſ.
publice ẽ iuterfectus. homo ſimillimus athenienſis hyperboli. cuius improbitatẽ veteres atticorum
comediæ notauerũt. quos ſex Titius cõſecutus. homo loquax ſane & ſatis acutus. ſed tam ſolutus
& mollis in geſtu. vt ſaltatio quædam naſcereẽ. cui ſaltationi Titius nomen eſſet. Ita cauendũ eſt ne
quid in agendo. dicendoue facias. cuius imitatio rideatur. Sed ad paulo ſuperiorẽ ætatem reuecti ſu
mus. nũc ad eam de qua aliquãtum locuti ſumus reuertamur. Cõiunctus igiẽ Sulpitii ætati. p. Anti-
ſtius fuit rabula ſane ꝓbabilis: qui multos quũ tacuiſſet annos. neqꝫ conteni ſolũ. ſed irrideri etiam
ſolitus eſſet. in tribunatu primũ contra. C. Iullii illã conſulatus petitõnẽ extraordinariam veram cau
ſam agens ẽ probatus. & eo magis ꝙ eandem cauſam quũ ageret. eius collega ille ip̃e Sulpitius. hic
plura & acutiora dicebat. Itaqꝫ poſt tribunatum primo multæ ad eum cauſe. deinde om̃es maxime q̃
cunqꝫ erãt deferebãtur. Rem videbat acute. cõponebat diligenter. memoria valebat. Verbis non ille
quidem ornatis vtebaẽ ſed tñ non abiectis. Expedita aũt erat. & ꝑfacile currens oratio. & erat eius q-
dem tanqꝫ habitus nõ inurbanus. Actio paulo quũ vicio vocis. tũ etiã ineptiis claudicabat. Hic tem-
poribus floruit his q̃bus inter ꝑfectionẽ reditumqꝫ. L: Syllæ ſine iure fuit. & ſine vlla dignitate reſp.
hoc etiã autẽ magis ꝓbabaẽ. ꝙ erat ab oratoribus q̃dam in foro ſolitudo. Sulpitius occiderat. Cot-
ta aberat & Curio viuebat. e reliquis patronis eius etatis nemo p̃ter cathonẽ & pomponiũ. quorum
vtrũqꝫ facile ſupabat. Inferioris autem etatis erat ꝓximus. L. Syſenna doctus vir & ſtudiis optimis
deditus bene latine loquens. gnarus reip. nõ ſine facetiis ſed neqꝫ laboris multi. nec ſatis verſatus in
cauſis. interiectuſqꝫ inter duas etates Hortenſii & Sulpitii. nec maioris conſequi poterat. & minori
neceſſe erat cedere. Huius om̃is facultas ex hiſtoria ip̃ius ꝑſpici poteſt. q̃ quum facile omnes vincat
ſuperiores: tum indicat. tamen quãtum abſit a ſummo. q̃ꝙ genus hoc ſcriptionis nondum ſit ſatis
latinis litteris illuſtratum: nãqꝫ Hortenſi admodum adoleſcẽtis ingenium. vt Phidie ſignum ſimul
aſpectum. & ꝓbatum eſt. Is. L. craſſo Qu. Sceuola coſ. primum in foro dixit. & apud hoſ ip̃os q̃dem
cõſules. & qum eoꝝ qui auferunt. tum ipſoꝝ conſulum. q oĩs intelligentia anteibant. iudico diſceſ-
ſit ꝓbatus. Vñ. xx. annos natus erat eo tp̃e. Eſt. autẽ. L. Paulo. C. Marcello. conſ. mortuus exquo vi
demus eum in p̃rõnoꝝ numero annos quatuor &. xl. fuiſſe hoc de oratore paulo poſt plura dicemꝰ
Hoc autem loco volumus ætatem in diſparẽ oratoꝝ etatẽ includere. quãqꝫ id quidem omnibus vſu
venire neceſſe fuit. quibus paulo lõgior vita cõtigit. vt & qum multo maioribus natu quã eſſent ipſi
& cum aliquãto minoribus cõpararenẽ. vt Accius iiſdem edibus ait ſe & Pacuuium docuiſſe fabulã.
qua ille. xxx. ãp̃e. xxx. annos natus eſſet. Sic Hortenſius nõ cum ſuis eq̃libus ſolum ſed & mea cum
etate. & cũ tua brute. & qum aliq̃nto ſupiore cõiungitur. Siq̃dem & craſſo viuo dicere ſolebat. & ma
gis iam etiam vigebat. Antonio & cum philippo iam ſene ꝓ Cn. pompei bonis dicente. in illa cauſa
adoleſcẽs qum eſſet. princeps fuit. & in eoꝝ quos ini Sulpitii etate poſui numeꝝ facile peruenerat. &
ſuos inter equales. M. Piſonẽ. M. Craſſum. Cn. lentulum. P. Lẽtulum ſurrã longe p̃ſtitit. & me ado-
leſcẽtem nactus octo annis. minorẽ q̃ꝫ erat ip̃e multos annos in ſtudio eiuſdẽ laudis exercuit. & tecũ
ſimul. ſicut ego ꝓ multis. ſic ille ꝓ appio Claudio dixit: pauloante mortẽ. Vides igiẽ vt ad te oratorẽ
brute peruenerimus. tam multis inter noſtroꝝ tuumqꝫ initium dicẽdi interpoſitis oratoribus. ex q-
bus quoniam in hoc ſermone noſtro ſtatui nemiuẽ eorum q viuerent nominare. ne nos Curio ſuis
eligeretis ex me quid de quoqꝫ iudicarẽ. eos q iam ſunt mortui nominabo. Tum Brutus. Non ẽ in-
quit iſta cauſa. quam dicis: quamobrem de iis qui viuunt nibi velis dicere. Quenam igitur inquam

et:vereri te inquit arbitror:ne ꝑ nos hic ſermo tuus emanet:& ii tibi ſuccenſeant quos p̄terieris. Quid
veꝫ inquam tacere nō poteritis: Nos quidem inquit facillime:ſed tamen te arbitror malle idipſum tacē
re quam taciturnitatem noſtram experiri. Tum ego:vere inquam tibi Brute dicam:nō me exiſtimaui in
hoc ſermone vſqꝫ ad hanc ætatem eſſe venturum:ſed ita traxit ordo ætatum orationem:vt iam ad mino
ris etiam puenerim. Interpone igiť inquit:ſiquos videť: deinde redeamus ad te & ad Hortenſium: de
me alii dicent ſiqui volent. Minime vero inquit:nam & ſi me facile omni tuo ſermone tenuiſti tñ is mi-
hi longior videtur:quod ꝓpero audire de te:nec vero de tam de virtutibus dicendi tuis:quæ quū om-
nibus:tum certe mihi notiſſime ſunt:quam ꝙ gradus tuos & quaſi ꝓceſſus dicendi ſtudio cognoſcere.
Gereť inquam tibi mos:qm̄ me nō ingenii p̄dicatorem eſſe vis ſed laboris mei. Verum interponam vt
placet alios:& a.M.Craſſo qui fuit æqualis Hortenſii exordiar. Is igitur mediocritur a doctrina inſtru-
ctus:anguſtius etiam a natura:labore & induſtria:& quod adhibebat ad obtinendas cauſas: curam etiā
& gratiam in principibus patronis aliquot annos fuit. In huius oratione ſermo latinus erat verba non
abiecta:res compoſite diligenter:nullus flos tamen neqꝫ lumen vllum:animi magna vocis parua cōten
tio:omnia fere vt ſimiliter atqꝫ vno modo dicerentur. Nam huius equalis & inimicus. C. Fimbria nō ita
diu iactare ſe potuit:qui omnia magna voce dicens:verborū ſane bonorum:curſu quodam incitato ita
furebat tamen:vt mirarere tam alias res agere populum:vt eſſet inſano inter diſertos locus. Cn.autem
Lentulus multo maiorem opinionem dicendi actione faciebat quam quāta in eo facultas erat:qui quū
eſſet nec pacutus:q̄ꝫq̄ꝫ & ex facie & ex vultu videbatur:nec abundans verbis:& ſi fallebat in eoipſo:ſic in
teruallis exclamationibus:voce ſuam & canora: admirando irridebat:calebat in agendo: vt ea quæ de-
erant nō deſiderarentur. Ita tanq̄ꝫ curio:copia nōnulla verborum nullo alio bono tenuit oratorum locū
ſic Lentulus cæterarū virtutū dicēdi mediocritatē actōe occultauit inquā excellēs fuit. Nec multo ſecus
P. Lentulus:cuius & excogitandi & loquendi tarditatē tegebat fortune dignitas:corporis motus ple-
nus & artis:& venuſtatis vocis.& ſuauitas & magnitudo:ſic in hoc nihil præter actionem fuit. Cætera
etiam minora q̄ꝫ in ſuperiore. M. Piſo quicquid habuit:habuit ex diſciplina: maximeqꝫ ex om̄ibus qui
ante fuerunt:græcis doctrinis eruditus fuit. Habuit a natura genus quoddam acuminis quod etiam
arte limauerat:qđ erat in rep̄hendendis verbis verſutū & ſolers:ſed ſæpe ſtomachoſum:nonnunq̄ꝫ frigi
dum:interdum etiam facetum. Is laborem quaſi curſum forenſem diutius nō tulit:ꝙ & corpore erat in
firmo & hominū ineptias ac ſtulticias quæ deuorandæ nobis ſunt nō ferebat:iracundiuſqꝫ reſpuebat:ſi-
ue moroſe vt putabatur:ſiue ingenio liberoqꝫ faſtidio. Is quum ſatis floruiſſet adoleſcens:minor habe-
ri eſt cœptus poſtea:deinde ex v rginum iudicio magnam laudem eſt adeptus:& eo tempore quaſi re-
uocatus incurſum tenuit locum tamdiu q̄ꝫ ferre potuit laborem poſtea quantum detraxit & ſtudio:tan
tum amiſit ex gloria. P. Murena mediocri ingenio:ſed magno ſtudio rerum veterum litterarum & ſtu-
dioſus & nō imperitus:multæ induſtrie & magni laboris fuit. C. Cenſorinus græcis litteris ſatis doct⁹
quod propoſuerat explicans expedite:non inuenuſtus actor ſed iners & inimicus fori. L. Turius par-
uo ingenio:ſed multo labore quoquo modo poterat:ſæpe dicebat. Itaqꝫ & pauce centurie ad conſulatū
defuerunt. Cancer auctoritate ſemper eguit:ſed fuit patronus prope modum diligentiſſimus huius ſi
vita.ſi mores:ſi vultus deniqꝫ non omnem commendationem ingenii euerteret:maius nomen in patrō
nis fuiſſet non erat abundans nō inops tamen non valde nitens non plane horrida oratio:vox:geſtus:
& omnis actio ſine lepore.at inueniendis:componendiſqꝫ rebus mira accuratio.vt facile in vllo diligen
tiorem maioremqꝫ cognouerim:ſed eam vt citius veteratoriam quam oratoriam diceres.hic & ſi etiam
in publicis cauſis probabatur.tamē in priuatis illuſtriorem obtinebat locum. C.deinde piſo ſtatarius:&
ſermonis plenus orator.minime ille quidem tardus in excogitando:verumtamen vultu & ſimulatione
multo etiam acutior quam erat videbatur. Nam eius æqualem. M. Glabriorem bene inſtitututum Scæ
uole autem diligentia ſocors ipſius natura:negligenſqꝫ tardauerat. Etiam. L. Torquatus elegās in dicē
do:in exiſtimanndo admodum prudens.toto genere perurbanus. Meus autem æqualis. Cn. Pompe-
ius vir ad omnia ſumma natus:maiorem dicendi gloriam habuiſſet:niſi eum maioris gloriæ cupiditas
ad bellicas laudes abſtraxiſſet:erat oratione ſatis amplus:rem prudenter videbat. Actio vero eius habe
bat & in voce magnum ſplendorem:& in motu ſummam dignitatem. Noſter item equalis. D. Syllanus
victricus tuus ſtudii ille quidem habuit non multum:ſed acuminis & orationis ſatis. Qu. Pompeius.
A.F. qui Bithynicus dictus eſt biennio quam nos fortaſſe maior ſummo ſtudio dicēdi:multaqꝫ doctri-
na incredibili labore atqꝫ induſtria:quod ſcire poſſum. Fuit em̄ mecum & cum. M. Piſone:quū amicicia
tum ſtudiis:exercitationibuſqꝫ coniunctus:huius actio nō ſatis commendabat orationem:in hac enim
ſatis erat copiæ:in illa autem leporis parum. Erat eius æqualis. P. Antronius voce ꝑacuta atqꝫ magna:
nec alia re vlla ꝓbabilis. Et. L. Octauius reatinus:qui quū multas iam cauſas diceret adoleſcens eſt mor
tus.is tñ ad dicendum veniebat magis audacter quam parate:&. C. Staſenus qui ſeipſe adoptauerat:&
de Staieno Elium fecerat:feruido quodā & petulanti & furioſo genere dicendi:quod quia multis gratū
erat:& probabatur:aſcendiſſet ad honores niſi in facinore manifeſto depræhēſus pœnas legibus: & iu
dicio dediſſet. Fodem tempore. C. L. Cæpaſii fratres fuerunt:qui multa opera ignoti homines & repen
tini quæſtores celeriter facti ſunt oppidano quodam & incondito genere dicendi. Addamus huc etiaꝫ
nequem vocalem p̄teriſſe videamur. C. Coſconium calidanum:qui nullo acumine eam tamen verborū
copiam ſi quam habebat præbebat populo cum multa concurſatione magnoqꝫ clamorę:quod idem fa-

dicebat Q u. Arrius qui fuit. M. Craſſi quaſi ſecundarum. Is omnibus exemplo debet eſſe quantum i
hac vrbe polleat: multorum obedire tempori: multorumqꝫ vel honori vł periculo ſeruire. His eñ reb us
infimo loco natus: & honores & pecuniam & gratiam cõſecutus: etiam in patronorum ſine doctrina ſi-
ne ingenio aliquem in numerum peruenerat: ſed vt pugiles inexercitati etiã ſi pugnos & plagas olym-
piorum cupidi ferre poſſunt: ſolem tamen ſæpe ferre nõ poſſunt: ſic ille quum omni iam fortuna ꝓſpe-
re functus labores etiam magnos excæpiſſet: illius iudicialis anni ſeueritatem quaſi ſolẽ nõ tulit. Tu. n
Atticus. Tu quidem de fece inquit hauris: idqꝫ iam dudum: ſed tacebam hoc vero nõ putabam te vſqꝫ
ad Staienos & Antronios eſſe venturũ. Non puto inquam exiſtimare te ambitiõe me labi: quippe de
mortuis: ſed ordinem ſequens in memoriam notam & æqualem neceſſario incurro. Volo autem hoc ꝑ
ſpici omnibus cõquiſitis: qui in multitudine dicere auſi ſint: memoria quidem indignos ꝑpaucos. Ve-
rum qui omnino nomen habuerint: nõ ita multos fuiſſe: ſed ad ſermonem inſtitutũ reuertamur. T. Tor
quatus. T. filius & doctus vir ex Rhodia diſciplina Molonis & a natura ad dicendum ſatis ſolutus at-
qꝫ expeditus: cui ſi vita ſuppeditauiſſet ſublato ambitu cõſul factus eſſet: plus facultatis habuit ad dicẽ-
dum q̃ voluntatis. Itaqꝫ ſtudio huic nõ ſatiſfecit: officio vero nec in ſuorum neceſſariorum cauſis: nec in
ſententia ſenatoria defuit. Etiam. M. Pontidius municeps noſter: multas priuatas cauſas actitauit: celeri
ter ſane verba voluens nec hebes in cauſis: vel dicam plus etiam q̃ nõ hebes: ſed exferueſcens in dicẽdo
ſtomacho ſæpe iracundiaqꝫ vehementius vt nõ cum aduerſario ſolum ſed etiam quod mirabile eſſet cũ
iudice ipſo cuius delinitior eſſe debet orator: iurgio ſæpe contenderet. M. Meſſala minor natu quã nos
nullo modo inops: ſed nõ nimis ornatus genere verborum: prudens acutus: minime incautus: patronꝰ
in cauſis cognoſcendis cõponẽdiſqꝫ diligẽs magni laboris: multæ operæ: acumularũqꝫ cauſarũ. Duo eti-
am Metelli Celer. & nepos nihil in cauſis verſati: nec ſine ingenio: nec indocti: hoc erant populare dicen
di genus aſſecuti. C. autem Lentulus Marcellinus nec vnq̃ indiſertus: & in cõſulatu ꝑeloquens viſus ẽ
nõ tardus ſententiis: nõ inops verbis: voce canora: facetus ſatis. C. Mẽmius. L. filius perfectus litteris:
ſed græcis faſtidioſus: ſane latinarum argutus orator: verbiſqꝫ dulcis: ſed fugiens non modo dicendi: ve
rumetiam cogitandi laborem: tñ ſibi de facultate detraxit: quãtum imminuit induſtriæ. Hoc loco bru-
tus: quam vellem inquit etiã de his oratoribus qui hodie ſunt: tibi dicere luberet & ſi de aliis minus de
duobus tñ quos a te ſcio laudari ſolere: Cæſare & Marcello: audirem nõ minus lubẽter quam audiui de
his qui fuerunt. Cur tandẽ inquã: an expectas quid ego iudicem de iſtis: qui tibi ſunt æque: ac noti mi-
hi? Mihi mehercule inquit Marcellus eſt notus. Cæſar autem parum: illum eñ ſæpe audiui: hic quũ ego
iudicare iam aliquid poſſem affuit. Q uid igiť de illo iudicas quem ſæpe audiſti? quid cenſes inquit: ni-
ſi id quod habiturus es ſimilem tui? Næ ego inquam ſi ita eſt velim tibi eum placare quam maxime. At
qꝫ & ita eſt inquit & vehemẽter placet nec vero ſine cauſa: nam & didicit: & omiſſis cæteris ſtudiis vnũ
id egit: ſeſeqꝫ quotidianis cõmendationibus accerrime exercuit. Itaqꝫ & lectis vtiť verbis & frequenti-
bus & ſplendore vocis: dignitate motus fit ſpecioſum & illuſtre quod diciť. Omniaqꝫ ſic ſuppetunt vt
ei nullam deeſſe virtutem oratoris putem: maximeqꝫ laudãdus eſt qui hoc tempore ipſo quũ liceat in
cõmuni noſtro: & quaſi fatali malo cõſoleť ſe: quũ cõſcieutia optime mentis: tum etiam vſurpatione &
renouatione doctrinæ. Vidi eñ Mitylenis nuꝑ virum: atqꝫ (vt dixi) vidi plane virum. Itaqꝫ quum eum
antea tui ſimilẽ in dicendo viderim: tum vero nunc a doctiſſimo viro: tibiqꝫ vt intellexi amiciſſimo Cra-
tipo inſtructum omni copia: multo videbam ſimiliorem. Hic ego & ſi inquã de optimi viri nobiſqꝫ ami
ciſſimi laudibus lubenter audio: tñ incurro in memoriam cõmuniũ miſeriarum: quarũ obliuionem que
rens hunc ipm ſermonem ꝓduxi longius. Sed de cæſare cupio audire: quid tandem atticus iudicet? Et
ille: ꝓclare inquit tibi cõſtat vt de hiſ qui nunc ſint nihil velis ipſe dicere: & hercle ſi ſic ageres: vt de his
egiſti qui iam mortui ſunt neminem vt ꝑtermitteres: næ tu in multos Antronios & ſtaienos incurreres
Q uare ſiue hãc turbã effugere voluiſti: ſiue veritꝰ ne qs ſe aut ꝑteritũ aut nõ ſatis laudatũ q̃ri poſſit: de
Cæſare tñ potuiſti dicere ꝑſertim cũ & tuũ de illiꝰ ingenio notiſſimũ iudiciũ eẽt ne illiꝰ de tuo obſcurũ.
Sed tñ Brute inqt Atticus de Cæſare & ipſe ita iudico: & de hoc huiꝰ generis acerrimo exiſtimatore ſæ
piſſime audio illũ oĩm fere oratoꝝ latine loq elegãtiſſime: nec id ſolũ domeſtica cõſuetudie: vt dudũ de
Læliorũ & Mutiorũ familiis audiebamus: ſed q̃q̃ id quoqꝫ credo fuiſſe tñ vt eſſet ꝑfecta illa bene loq̃n-
di laus multis litteris: & iis quidem recõditis & exquiſitis: ſummoqꝫ ſtudio & diligẽtia eſt conſecutus
quin etiam in maximis occupationibus ad teipſum inquit in me intuens de rõne latine loquendi accu-
ratiſſime ſcripſerit: & primo quæ in libro dixerit verborum dilectum originem eſſe eloquentiæ: tribue-
ritqꝫ mi Brute huic noſtro qui me de illo maluit q̃ ſe dicere laudem ſingularem. Nam ſcripſit his ver-
bis quum hunc nomine eſſet affatus: ac ſi cogitata ꝓclare eloqui poſſent: nõnulli ſtudio & vſu elabora-
uerunt: cuius te pœne principem copiæ atqꝫ inuentorem bene de nomine: ac dignitate populi Romani
meritum eſſe exiſtimare debemus: hunc facile & quotidianum nouiſſe ſermonem: nunc ꝓ relicto eſt ha
bendum. Tum Brutus: Amice hercule inquit: & magnifice te laudatum puto: quem non ſolum princi
pem atqꝫ inuentorem copiæ dixerit: quæ erat magna laus: ſed & bene meritum de. p. r. nomine & digni
tate: quo eñ vno vincebamur a victa græcia: id aut ereptum illis eſt: aut certe nobis cum illis concitatum
Hanc autem inquit gloriam: teſtimoniumqꝫ cæſaris tuæ quidem ſupplicationi nõ ſolum: ſed triumphiſ
multorum antepono. & recte quidem inquam Brute: modo ſit hoc cæſaris iudicii: non beniuolentiæ te
ſtimonium: plus enim certe attulit huic populo dignitatis quiſqs eſt ille ſi modo aliquis eſt: qui non il-

li ſtrauit modo.ſed etiam genuit in hac vrbe dicẽdi copiam ꝙ illi qui ligurum caſtella expugnauerũt
ex quibus multi ſunt vt ſcitis triũphi. Verum quidem ſi audire volumus omiſſis illis diuinis conſi-
liis quibus ſæpe conſtituta ẽ imperatorum ſapientia.ſalus ciuitatis.aut belli.aut domi multo magnus
orator preſtat minutis imperatoribus. At ꝓdeſt plus imperator.quis negat.ſed tamen nõ metuo ne mi-
hi acclametis.eſt autem quod ſentias dicendi liber locus. Malim mihi. L.craſſi vnam ꝓ.M.Curio di
ctionem.ꝙ caſtellanos triũphos duos. At plus interfuit reipu.caſtellum capi ligurũ ꝙ bene defendi
cauſam.M.curii.credo. Sed athenienſiũ quoqꝫ plus interfuit firma tecta in domiciliis habere.ꝙ Mi-
neruæ ſignũ ex ebore pulcerrimũ.tamẽ ego me phidiam eſſe mallem quã vel optimũ fabrũ tignariũ
quare non quem quiſqꝫ ꝓſit.ſed quãti quiſqꝫ ſit.ponderandũ ẽ.ꝑſertim qum pauci pingere egregie
poſſint.aut fingere.operarii aũt aut baiuli deeſſe non poſſunt. Sed perge pomponi de Cæſare.& red-
de quæ reſtant. Solũ quidem inquit ille & quaſi fundamentũ oratoris vides elocutionem emendatã
& latinam.cuius penes quos laus adhuc fuit.non fuit rõnis aut ſcientie. ſed quaſi bone conſuetudi
nis. Mitto. C. Lælium. P. Scipionem.ætatis illius iſta fuit laus tanꝙ innocentiæ ſic latine loq̃ndi nec
omniũ tamen.nam illoꝝ æquales Cælium & Pacuuiũ male locutos videmus.ſed õmes tum fere qui
nec extra vrbem hanc vixerant.nec eos aliqua barbari indomeſtica infuſcauerat recte loquebãt. ſed
hanc certe rem deteriorem vetuſtas fecit. & Romæ & in Græcia. Confluxerũt.n.athenas. & in hanc
vrbem multi inquinatæ loq̃ntes ex diuerſis locis.quo magis expurgãdus ẽ ſermo & adhibẽda quã
obtruſa rõ.quæ mutari non poteſt.nec vtendũ prauiſſima cõſuetudinis regula. T. Flaminiũ. q cum
Qu. Metello cõſul fuit.pueri vidimus. Exiſtimabat̃ bene latine. ſed litteras neſciebat. Catullus erat
ille quidem minime indoctus.vt a te paulo ẽ antedictum ſed tamẽ ſuauitas vocis & lenis appellatio
litteraꝝ beneloquẽdi famã confecerat. Cotta quia ſe valde dilatandis litteris a ſimilitudine græce lo
cutionis abſtraxerat.ſonabatqꝫ cõtrariũ catullo ſubagreſte q̃ddam planeqꝫ ſubruſticum. Alia quidẽ
quaſi inculta & ſilueſtri via ad eandem laudem peruenerat. Siſenna quaſi emendator ſermonis vſitati
qum eſſe vellet.ne a caio ruſio quidem accuſatore deterreri potuit.quo minus inuſitatis verbis vte-
ret̃. Quidnam iſtuc eſt inquit Brutus.aut quis ẽ iſte. C.ruſius.& ille.fuit accuſator inquit vetus quo
accuſante chirtiliũ. Siſenna defendẽs dixit quædam eius ſputatilica eſſe criminatũ. C. ruſiũ circũue-
nior inquit iudices niſi ſubuenitis. Siſenna q̃d dicat neſcio.metu inſidias:ſputatilica quid ẽ hoc.ſpu
ta quid ſit ſcio.tilica neſcio.maximi riſus.ſed ille tñ familiaris meus recte loqui putabat eſſe inuſita-
te loqui. Cæſar aut rõnem adhibens.cõſuetudinẽ vicioſam & corruptam.pura & incorrupta conſuẽ
tudine emendat. Itaqꝫ qum ad hanc elegantiã verboꝝ latinoꝝ. quæ etiam ſi orator non ſis. & ſis in-
genuus ciuis romanus.tñ neceſſaria eſt. Adiũgit illa oratoria ornamenta dicendi.tum videtur tanꝙ
tabulas bene pictas collocare in bono lumine.hanc qum habeat præcipuam laudẽ in cõmunibus nõ
video cui debeat cedere.ſplendidam quandam minimeqꝫ veteratoriam rationem dicendi tenet vocẽ
motu.forma etiam magnifica & generoſa quodammodo. Tum Brutus. Orationes quidem eius mi
hi vehementer probãtur. Compluris autem legi atqꝫ etiam commentarios quoſdam ſcripſit rerum
ſuarum. valde quidem inquam probandos mihi eñ ſunt recti & venuſti omni ornatu orationis tanꝙ
veſte detracta.ſed dum voluit alios habere parata vnde ſumerent qui vellent ſcribere hyſtoriã in-
eptis gratum fortaſſe fecit.qui volunt illa calamiſtris inurere.ſanos quidem homines aſcribẽdo de-
terruit. Nihil eñ eſt in hyoſtoria pura & illuſtri breuitate dulcius.ſed ad eos ſi placet qui vita exceſſẽ
runt reuertamur. C. Sicinius igitur. Qu. Pompei illius qui cenſor fuit ex filia nepos q̃ſtorius mor-
tuus eſt.probabilis orator.iam vero etiam probatus. Ex hac inopi ad ornandum ſed ad inueniẽdũ
expædita Hærmagoræ diſciplina.ea dat rationes certas & præcepta dicendi.quæ ſi minorem habẽt
apparatum.ſunt eñ exilia.tamen habent ordinem.& quaſdam errare in dicendo non patientes vias
has ille tenens.& paratus ad cauſas veniens. verborum non exiens ip̃a illa comparatione diſciplinæ
qꝫ dicendi.iam in patronorum numerum peruenerat. Erat etiam vir doctus imprimis. C. Viſellius.
Varro conſobrinus meus.qui fuit cum ſicinio ætate coniũctus.is qum poſt currulem dignitatem iu
dex quæſtionis eſſet eſt mortuus.in quo fateor vulgi iudicium a iudicio meo diſſenſiſſe. nam popu
lo non erat ſatis vendibilis.præceps quædam.& qum icciirco obſcura.peracuta. tum rapida & celeri
tate cæcata oratio.ſed neqꝫ verbis aptiorem cito alium dixerim.neqꝫ ſententiis crebriorem. Præterea
perfectus in litteris iuriſqꝫ ciuilis iam a patre Aculeone traditam tenuit diſciplinam. Reliqui ſunt.q
mortui ſint. L. Torquatus.quem tu non tamcito rhetorem dixiſſes.& ſi non deerat oratio.quãm vt
græci dicunt politicon. Erant in eo plurimæ litteræ.nec eæ vulgares ſed interiores quedam.& recon
dite diuina memoria.ſumma verborum & grauitas & elegantia.atqꝫ hec omnia vite decorabat gra-
uitas & integritas.me quidem admodum delectabat. etiam Triarii in ille ætate plena litteratæ ſene-
ctutis oratio.quanta ſeueritas in vultu quãtum pondus in verbis.quam nihil non conſideratum ex
ibat ex ore. Tum Brutus Torquati.& Triari mentione cõmotus.vtrũqꝫ eñ eorũ dilexerat. Ne ego
inquit vt omittam cetera que ſunt innumerabilia de iſtis duobus qum cogito. doleo nihil perpetuã
tuam auctoritatem de pace valuiſſe nam nec iſtos excellentes viros.nec multos alios preſtãtis ciues.
r.p.perdidiſſet. Sileamus inquam brute de iſtis.ne augeamus dolorem. nam preteritorum recorda-
tio eſt acerba.& acerbior expectatio reliquorum. Itaqꝫ omittamus lugere.& tantũ quid quiſqꝫ dicen
do potuerit.quoniam id querimus predicemus. Sunt etiam ex his qui eodem bello occiderunt. M.
Bibulus qui & ſcriptitauit accurate.qum preſertim non eſſet orator & egit multa cõſtãter. Appius

claudius ſocer tuus collega & familiaris meus.hic iam & ſatis ſtudioſus. & valde qum doctus. tū a
etiam exercitatus orator.& qum auguralis.tum omnis publici iuris antiquitatiſqꝫ noſtræ bene pe.i
tus fuit.L.Domitius.nulla ille quidem arte ſed latine tamen.& multa cum libertate dicebat. duo p̄
terea lentuli conſulares.quorum publius ille noſtrarum iniuriarum vltor. auctor ſalutis quicqd ha
buit.quātumcūqꝫ fuit.illud totum habuit e diſciplina.Inſtrumenta nature deerant. ſed tantus animi
ſplendor.& tanta magnitudo.vt ſi tibi omnia que clarorum virorum eſſent non dubitaret addiſce
re.eaqꝫ omni dignitate obtineret.L.autem lentulus ſatis erat fortis orator.ſi modo orator.ſed cogi
tandi non ferebat laborem.vox canora.verba non horrida ſane.vt plena eſſet animi & horroris ora
tio. Quæreres in iudiciis fortaſſe melius in.r.p.quod erat iudicares ſatis. Ne Titus quidē poſthu
mus contēnendus in dicendo.de rep.vero non minus vehemēs orator quam bellator fuit.Effrena
tus & acer nimis.ſed bene iuris publici leges atqꝫ inſtituta cognouerat.Hoc loco Atticus.Putarē te
inquit ambitioſum eſſe ſi(vt dixiſti)ii quos iamdiu colligis viuerēt.Omnis.n.cōmemoras.qui au
ſi aliquando ſunt ſtantes loqui.vt mihi imprudens.M.Seruilium p̄teriſſe videare.Non inquā ego
iſtuc ignoro Pomponi multos fuiſſe qui verbū nunquā in publico feciſſent qum melius aliquanto
poſſent quā iſti oratores quos.colligo dicere.Sed his cōmemorandis etiā illud aſſequor .vt intelli
gatis primū ex omni numero q̄ꝫ non multi auſi ſint dicere.deinde ex iis ipis q̄ꝫ pauci fuerit laude di
gni.Itaqꝫ ne hos quidē equites romanos amicos noſtros. qui nuper mortui ſunt.P. Cominiū ſpo
letinū quo accuſante defendi.C. corneliū.in quo & compoſitū dicendi genus. & acre & expeditum
fuit.T.Actium piſaurenſem.cuius accuſationi reſpondi pro.A.Cluentio.qui & accurate dicebat &
ſatis copioſe.eratqꝫ præterea doctus Hærmagore præceptis. quibus & ſi ornamēta nō ſatis opima
dicendi.tamen vt haſte velitibus amentatæ.ſic apta quædam & parata ſingulis cauſarum generibus
argumenta tradūtur.ſtudio autem neminem nec induſtria maiore cognoui.quamq̄ꝫ ne ingenio qui
dem qui præſtiterit facile dixerim.C.Piſoni genere meo.nullū tempus illi vnq̄ꝫ vacabat .aut a foren
ſi dictione.aut a cōmentatione domeſtica.aut a ſcribendo aut a cogitando.itaqꝫ tantos proceſſus ef
ficiebat.vt euolare non excurrere videret̄.Eratqꝫ verboꝝ & delectus elegans & apta.& quaſi rotun
da conſtructio.qumqꝫ argumenta excogitabant̄ ab eo. multa & firma ad ꝓbandum. tum concinnæ
acutæqꝫ ſententiæ.geſtuſqꝫ natura ita venuſtus vt ars etiam que nō erat & e diſciplina motus quidā
videret̄ accedere. Vereor ne amore videar plura quā fuerint in illo dicere. quod non ita eſt. Alia em̄
de illo maiora dici poſſunt nam nec continentia nec pietate nec vllo genere virtutis quēquā eiuſdē
ætatis cum illo conferendum puto.Nec vero.M.Cælium p̄tereūdum arbitror.quæcunqꝫ eius in exi
tu vel fortuna vel mens fuit.qui q̄ꝫ diu auctoritati meæ paruit.talis tri.plæ.fuit.vt nemo contra ciuiū
perditoꝝ popularem.turbulentāqꝫ dementiam a ſenatu & a bonoꝝ cauſa ſteterit conſtantius quam
eius actionem.multum tamen ſplendida & grandis & eadem imprimis faceta & perurbana commen
dabat oratio.Grāues eius conciones aliquot fuerūt.acres accuſatōnes tres eæ.quæ omnes & reipu.
contentione ſuſcepte defenſiones(& ſi illa erāt in eo meliora quam dixi).non contēnende tamen.ſa
neqꝫ tolerabiles.hic qum ſumma voluntate bonoꝝ ædilis currulis factus eſſet. neſcio quō diſceſſu
meo diſceſſit a ſeſe.ceciditqꝫ poſtea quam eos imitari cæpit quos ipe peruerterat.Sed de.M.calidio
dicamus aliquid.qui non fuit orator vnus e multis. potius inter multos prope ſingularis fuit.Ita re
conditas exquiſitaſqꝫ ſententias mollis.& pellucens veſtiebat oratio. nihil tam tenerum quam illius
comprehenſio verborum.nihil tam flexibile.nihil quod magis ipius arbitrio fingeretur. vt nullius
oratoris æque in poteſtate fuerit.quæ primū ita pura erat vt nihil liquidius.ita libere fluebat vt nuſ
q̄ꝫ adhereſceret.nullum niſi loco poſitum. & tanq̄ꝫ in vermiculato emblemate(vt ait lucilius)ſtructū
verbum videres.nec vero nullum aut durum aut inſolens aut humile aut in longius ductum ac non
propria verba rerum.ſed pleraqꝫ tranſlata.ſic tamen vt ea non irruiſſe in alienū locū. ſed immigraſſe
in ſuum diceres.nec vero hæc ſoluta nec diffluentia ſed aſtricta numeris.non aperte nec eodem mo
do ſemp ſed varie diſſimulanterqꝫ concluſis. Erant autem & verborum & ſententiarum illa lumina
quæ vocant græci ſcemata.quibus tanq̄ꝫ inſignibus in ornatu diſtinguebatur omnis oratio qua de
re agitur autem illud quod multis locis in iuriſcōſulto tam includitur formulis.& vbi eſſet videbat.
Accedebat ordo rerum plenus artis.actio liberalis.totumqꝫ dicendi placidum & ſanum genus.qd̄ ſi
eſt optimū ſuauiter dicere.nihil eſt quod melius hoc querendum putes.ſed qum a nobis pauloante
dictum ſit tria videri ē quæ orator efficere deberet vt doceret vt delectaret.vt moueret. duo ſumme
tenuit.vt & rem illuſtraret diſſerendo. & animos eorum qui audirent deuinciret voluptate. Aberat
tercia illa laus.qua permoueret atqꝫ incitaret animos.quam plurimum pollere diximus.nec erat vlla
vis atqꝫ contentio ſine conſilio.ꝙ eos quorum altior oratio actioqꝫ eſſet ardentius furere & baccha
ri arbitraretur ſiue ꝙ natura non eſſet ita factus ſiue ꝙ non conſueſſet ſiue ꝙ non poſſet.hoc vnum
illi ſi nihil vtilitatis habebat fuit.ſi opus erat defuit. quinetiā nemini quū i accuſatoe ſua.Qu.Gallio
crimini dediſſet.ſibi eum venenū parauiſſe.idqꝫ a ſe eſſe deprehenſum. leſeqꝫ chirographa teſtifica
tiones indicia.quæſtiones manifeſtam rem deferre diceret.deqꝫ eo crimine accuratæ & exquiſite di
ſputauiſſet.me in reſpondendo qum eſſem argumentatus quantum res ferebat.hocipſum etiam po
ſuiſſe ꝓ argumēto ꝙ ille qum peſtem capitis ſui.qum indicia mortis ſe comperiſſe manifeſto & ma
nutenere diceret.tā ſolute egiſſet tam leniter tam oſcitanter.Tu iſtuc.M. Calidi niſi fingeres ſic age
res.p̄ſertim qum iſta eloquētia alienoꝝ hominū piculꝝ defendere acerrime ſoles.tuū negligeres?vbi

dolor: vbi ardor animi: qui etiam ex infantium ingeniis elicere voces & querelas ſolet. nulla pertur
batio animi nulla corporis frons non percuſſa non femur pedis (quod minimū eſt) nulla ſupploſio
Itaqꝫ tantū affuit vt inflāmares noſtros animos. ſomnū iſto loco vix tenebamus. ſic nos ſummi ora
toris vel ſanitate vel vicio pro argumento ad diluendum crimen vſi ſumus. Tum Brutus. Atqꝫ du
bitamus inquit. vtrum iſta ſanitas fuerit. an vicium: quis eñ non fateatur: Qum ex omnibus orato
ris laudibus longe iſta ſit maxima inflammare animos audientium. & quocūqꝫ res poſtulet modo
flectere. qui hac virtute caruerit. id ei quod maximum fuerit defuiſſe. Sit ſane ita inqꝫ. ſed redeamus
ad eum (qui iam vnus reſtat) Hortenſium. tum de nobiſmetipſis quoniam id etiam Brute poſtulas
pauca dicemus. quāqꝫ facienda mentio eſt vt quidem mihi videtur duoꝝ adoleſcentium. qui ſi diu
tius vixiſſent magnam eſſent eloquentiæ laudem conſecuti. C. Curionum te inquit brutus & C. Li
ciniū caluū arbitror dicere. Recte inquit brute arbitraris quoꝝ quidē alter. quod veriſimile dixiſſet
ita facile ſoluteqꝫ verbis voluebat ſatis interdum acutas. crebras quidem certe ſentētias vt nihil poſ
ſet ornatius eſſe. nihil expeditius. At hic a magiſtris parum inſtitutus naturam habuit admirabilem
ad dicendum. induſtriam non ſum expertus. ſtudium certe fuit. qui ſi me audire voluiſſet vt cœperat
honores quam opes conſequi maluiſſet. Quidnam eſt inquit iſtuc: & quemadmodum diſtinguis:
Hoc modo inquam qum honos ſit premiū virtutis iudicio ſtudioqꝫ ciuiū delatum ad aliquem q eū
ſententiis qui ſuffragiis adeptus eſt. is mihi & honeſtus & honoratus videtur. Qui autem occaſio
ne aliqua etiam inuitis ſuis ciuibus nactus eſt imperium vt ille cupiebat hunc nomen honoris ade
ptum non honorem puto. quæ ſi ille audire voluiſſet maxime cum gratia & gloria & ad ſummā am
plitudinem perueniſſet. aſcendens gradibus magiſtratuum vt pater eius fecerat. vt reliqui clariores
viri. Quæ quidem etiam cum. P. Craſſo. M. F. initio ætatis ad amiciciam ſe meā cōtuliſſe. ſæpe egiſ
ſem arbitror. qum eum vehemēter hortarer vt eam laudis viam rectiſſimam eſſe duceret. quam ma
iores eius ei tritam reliquiſſent. Erat eñ qum inſtitutus optime tum etiā perfecte planeqꝫ eruditus
Ineratqꝫ & ingeniū ſatis acre & orationis non inelegans copia. prætereaqꝫ ſine arrogantia grauis eē
videbaṫ. & ſine ſegnitia verecundus. ſed hūc quoqꝫ abſorbuit æſtus quidam inſolitæ adoleſcētibus
gloriæ. qui quia nauarat miles operam imperatori. imperatorem ſe ſtatim eſſe cupiebat. cui munere
mos maloꝝ ætatem certam ſortem incertam reliquit. Ita grauiſſimo ſuo caſu dum Cyri & Alexādri
ſimilis eſſe voluit. qui ſuū curſum tranſcurrerant. & L. Craſſi & multoꝝ craſſorum iuuentus ē diſſi
millimus. Sed ad caluū (is eñ nobis erat propoſitus) reuertamur. qui orator fuiſſet. quū litteris eru
ditior ꝙ Curio. tum etiam accuratius quoddam dicendi & exquiſitatius afferebat genus. quod ꝙqꝫ
ſcienter eleganterqꝫ tractabat. nimiū tamen inquirens in ſe atqꝫ ipſe ſeſe obſeruans. metuenſqꝫ ne vi
cioſum colligeret etiam verum ſanguinem dependebat. Itaqꝫ eius oratio nimia religione attenuata
doctis & attente audientibus erat illuſtris. multitudine aūt & a foro cui nata eloquentia eſt. deuora
batur. Tum Brutus. Atticū ſe inquit caluus noſter dici oratorem volebat. inde erat iſta exilitas. quā
ille de induſtria conſequebatur. dicebat inqꝫ ita. ſed ipſe errabat. & alios etiā errare cogebat. Nā ſi qs
eos q nec inepte dicūt nec odioſe nec putide. Attice putat dicere. is recte niſi Atticū probat nemine.
Inſulſitate eñ & inſolentiā tanqꝫ inſaniam quandam orationis odit. ſanitatem autem & integritatē
quaſi religionem & verecūdiam oratoris probat. hæc omniū debet oratoꝝ eadem eſſe ſententia. Sin
autem ieiunitatem & ſiccitatem & inopiam dummodo ſit polita. dum vrbana. dum elegans. in atti
co genere ponit. Hoc recte dumtaxat. ſed quia ſunt in atticis alia meliora videat ne ignoret. & gradꝰ
& diſſimilitudines & vim & varietatem atticorum. Atticos inquit volo imitari quos: nec enim eſt
vnum genus. nam quid eſt tam diſſimile. ꝙ Demoſthenes & Lyſias: ꝙ idem & Hiperides. quā om
niū horum Aeſchines quem igitur imitaris ſi aliquem. Cæteri ergo attice non dicebant ſi omnis qs
potes. qum ſint ipſi diſſimillimi inter ſe. In quo illud etiam quæro. Phalereus ille Demetrius attice nē
dixerit. mihi quidem ex illius orationibus redolere ipſe a Athene videntur. At eſt floridior (vt ita di
cam) quā Hyperides. quā Lyſias. natura quedam aut voluntas ita dicendi fuit. Et quidē duo fuerūt
per idem tempus diſſimilis inter ſe. ſed attici tamē quorum Chariſius multarum orationū quas ſcri
bebat aliis qum cupere videretur imitari Lyſiam. Demochares autē qui fuit Demoſtheni ſororis fi
lius & orationes ſcripſit aliquot. & earum rerum hiſtoriam quæ erant athenis ipſius ætatæ geſtæ. nō
tam hiſtorico quā oratorio genere pſcripſit. At Chariſii vult Hegeſias eſſe ſimilis. iſqꝫ ſe ita putat at
ticū. vt veros illos præ ſe pene agreſtis putet. At quid eſt tam fractum. tam minutū. tam in ipſa quam
tamen conſequiṫ concinnitate puerile. Atticoꝝ ſimiles eſſe volumus optime. ſunt ne igitur iſti attici
oratores. quis negare poteſt. hos imitamur quoquomō. qui ſunt & inter ſe diſſimilis & alioꝝ. Thu
cydidem inquit imitamur. optime ſi hiſtoriā ſcribere. non ſi cauſas dicere cogitatis. Thucidides eñ
reꝝ geſtaꝝ pronūciator ſincerus & grandis etiam fuit. hoc forenſe concertatoriū iudiciale non tra
ctauit genus. Orationes autem quas interpoſuit (multæ eñ ſunt) eas ego laudare ſoleo imitari neqꝫ
poſſim ſi velim. nec velim fortaſſe ſi poſſim. vt ſi quis phalerno vino delecteṫ. ſed eo nec ita nouo
vt pximis conſulibus natū velit nec nec rurſus ita vetere vt opimiū aut anitiū conſulē qrat. At q eæ
notæ ſunt optime credo. ſed nimia vetuſtas nec habet eā quā qrimus ſuauitatē. nec ē iam ſane tolera
bilis. Num igiṫ qui hoc. ſentiat ſi is potare velit de dolio ſibi hauriendū putet. minime. ſed quandā
ſequaṫ ætatē. ſic ego iſtis cenſuerim & nouā iſtā quaſi de muſto. ac lacu feruidā orōnem fugiendam.
nec illā pclaram Thucididi nimis veterē tanqꝫ anitianam notā pſeqndā. Ipſe. n. Thucidides ſi poſte

rius fuiſſet.multo maturior fuiſſet & mitior.Demoſthenem igitur imitemur. O dii boni q[illegible] qu[illegible]
ſi nos aliud agimus aut quid aliud optamus: at non aſſequimur. Iſti em̃ videlicet attici noſtri [illegible]
lunt aſſequũtur ne illud quidem intelligunt. non modo ita memoriæ proditum eſſe ſed ita n[illegible]
fuiſſe.qum demoſthenes dicturus eſſet.vt concurſus audiendi cauſa ex tota græcia fierent. At [illegible]
iſti attici dicũt nõ modo a corona.quod ẽ ipſum miſerabile ſed etiam ab aduocatis relinquũtur. [illegible]
re ſi anguſte & exiliter dicere eſt atticoꝝ.ſint ſane attici.ſed in comitiũ veniant.ad ſtantem iudici
cant.ſubſellia grandiorem.& pleniorem vocem deſiderant. Volo hoc oratori contingat. vt q[illegible]
ditum ſit eum eſſe dicturum.locus in ſubſelliis occupetur. cõpleatur tribunal. gratioſi ſcribe [illegible]
dando & cedendo loco.Corona multiplex.iudex erectus.qum ſurgit is qui dicturus ſit.ſignificet a
corona ſilentium.deinde crebre aſſenſiones.multæ admiratões. riſus qum velit. qum velit fletus.
vt qui hæc procul videat.etiam ſiquid agatur.neſciat.at placere tamen.& in ſcæna eſſe Roſciũ intelli
gat. Hæc cui contingant.eum cito attice dicere.vt de pericle audimus.vt de Hyperide.vt de aeſchine
de ipo quidem Demoſthene maxime.Sin autem acutum prudẽs & idem ſincerum & ſolidum.& ex
ſiccatum genus orationis probant.nec illo grauiore ornatu oratorio vtũtur.& hoc propriũ eſſe atti
coꝝ volunt.recte laudant. Eſt.n.in arte tanta tanq; varia.etiã huic minutæ ſubtilitati locus. ita fiet.vt
non omnes qui attice iidem bene.ſed vt oẽs qui bñ iidem attice etiã dicant. Sed redeamus rurſus
ad Hortenſium.Sane quidem inquit Brutus.quãquam iſta mihi tua fuit piocunda a propoſita ora
tione digreſſio. Tum atticus. Aliquotiens ſum inquit conatus ſed interpellare nolui. Nunc quoniã
iam ad porandum ſpectare videtur ſermo tuus dicam opinor quod ſentio. Tu vero inquam attice.
Tum ille. Ego inquit ironiam illam quam in Socrate dicũt fuiſſe.qua ille in platonis & Xenophõ
tis.& Aeſchini libris vtitur facetam & elegantem puto. Eſt.n.& minime inepti hominis. & eiuſdem
etiam faceti qum de ſapientia diſcæptetur.hanc ſibi ipm detrahere eis tribuere illudentẽ. qui eam ſi
bi arrogant.vt apud platonẽ Socrates. in cœlum effert laudibus Protagoram. Hyppiam. Prodicũ.
Gorgiam.cæteros.ſe aũt omniũ reꝝ inſcium fingit.& rudem decet hoc neſcio quomõ illũ nec Epy
curo qui id reprehendit aſſentior.ſed in hiſtoria qua tu es vſus in omni ſermone. qum qualiſquiſq;
orator fuiſſet exponeres.vide quæſo inquit ne tam rẽphendẽda ſit ironia.quã in teſtimonio. Quor
ſus inquã iſtuc: nõ.n.intelligo.quia primũ inquit ita laudauiſti quoſdã oratores.vt impitos poſſes
in errorem inducere. Equidem in quibuſdã riſum vix tenebã.qum attico Liſiæ Catonẽ nr̃m compa
rabas.magnũ mehercule hominẽ vel potius ſummũ & ſingularem virum.nemo dicet ſecus ſed ora
torem.ſed etiam Liſiæ ſimilem.quo nihil poteſt eſſe pictius bella ironia ſi iocaremur.ſin aſſeueram?
vide ne religio nobis tam adhibenda ſit quã ſi teſtimoniũ diceremus. Ego em̃ Catonẽ tuũ vt ciuem
vt ſenatorem vt impatorem vt virum deniq; qum prudentia & diligentia.tum oĩ virtute excellen
tem probo.orationes aũt eius vt illis tempibus valde laudo.ſignificant n.quandam formã ingenii.
ſed admodum impolitam & plane rudem. Origenes vero cũ omibus oratoris laudibus refertas dice
res.& Catonẽ cũ Philiſto & Thucidide cõparares bruto.ne id cenſebas.an mihi probaturum. quos
em̃ ne e græcis quidem quiſquã imitari põt is tu cõpararas hominẽ tuſculanũ.nondũ ſuſpicantẽ q̃le
eſſet copioſe & ornate dicere. Galbam laudas ſi vt illius ætatis principẽ aſſentior. ſic.n.accæpimus.
ſin vt oratorẽ.cædo q̃ſo orationes ſunt.n.& dic hunc. quẽ tu plus q̃ te amas Brutũ velle te vllo mõ
dicere probas Læpidi orationes. Paulũ hic tibi aſſentior.mõ ita laudes vt antiquas. q̃d itẽ de Aphri
cano.de Lælio.cuius tu oratõe negas fieri quicq; poſſe dulcius.addis etiam neſcio q̃d anguſtius no
mine nos capis ſummi viri vitaq; elegantiſſime veriſſimis laudibus. remoue hæc ne iſta dulcis orõ
ita ſit abiecta vt eam aſpicere nemo velit. Carbonẽ in ſummis oratoribus habitũ ſcio. ſed qum in cæ
teris rebus.tũ in dicẽdo ſemp q̃m nihil ẽ melius id laudare qualecũq; eſt ſolet. Dico idẽ de Gracchis.
& ſi de eis ea ſunt a te dicta q̃bus ego aſſentior.omitto cæteros.venis ad eos in quibus iã pfectã pu
tas eſſe eloq̃ntiã (quos ego audiui) ſine cõtrouerſia magnos oratores. Craſſum & Antoniũ. de ho
rum laudibus tibi prorſus aſſentior.ſed tñ nõ iſto mõ vt Polycleti Doryphoꝝ ſibi Lyſippus aiebat
ſic tu ſuaſionẽ legis ſeruile tibi mgr̃am fuiſſe.hæc germana ironia ẽ.cur ita ſentiã nõ dicam ne me ti
bi aſſentari putes. Omitto igit̃ q̃ de his ipis.q̃ de Cotta. q̃ de Sulpitio. q̃ mõ de Cælio dixeris. ii em̃
fuerunt certe oratores.quanti autem & quales tu videris. Nam illud minus curo quod congeſſiſti
oparios oĩs.vt mihi videãtur mori voluiſſe nonnulli.vt a te oratoꝝ nũeꝝ referrẽtur. Hæc cũ dixiſ
ſet lõgi ſermonis initiũ.depuliſti inq; attice. remq; cõmouiſti noua diſputatione dignã. quã i aliud
tempus differamus. Voluendi.n.ſunt libri. qum alioꝝ tum imprimis Catonis. intelliges nihil illius
lineamẽtis niſi eoꝝ pigmẽtoꝝ q̃ inuenta nondũ erãt florẽ & colorẽ defuiſſe. Nã de Craſſi oratione
ſic exiſtimo.ipm fortaſſe melius potuiſſe ſcribere aliũ vt arbitror neminẽ. nec in hoc ironiã eduxeris
eſſe.ꝙ eã orõnem mihi mgr̃am fuiſſe dixerim. Nũ & ſi vt tu melius exiſtimare videris. de ea ſi quã
nũc habemus facultatẽ tñ adoleſcentes quid in latinis potius imitaremur. nõ habebamus. ꝙ autem
plures a nobis noiati ſunt.eo ptinuit (vt pauloante dixi) q̃d intelligi volui in eo cuius oẽs cupidiſſi
mi eſſent quã pauci digni noie euaderẽt. Quare ironia me ne ſi Aphricanus quidẽ fuit (vt ait in hy
ſtoria ſua) C.Fannius exiſtimari velim. Vt voles inquit atticus. Ego.n.non alienũ a te putabam. q̃d
& in Aphricano fuiſſet & in Socrate.tũ brutus de iſto poſtea.ſed tu inquit me intuens oratões no
bis veteres explicabis. Vero inquã brute.ſed in cumano aut in tuſculano aliq̃n.ſi modo licebit.quo
niam vtroq; in hoc vicini ſumus. Sed iã ad id vñ digreſſi ſumus reuertamur. Hortẽſius igitur qum

adınodum adoleſcens ortus eſſet in foro. dierre celeriter ad maiores cauſas adhiberi cœptus ē. quã
ꝗ inciderat in Cotte & Sulpitii ætatem qui annis decem maiores excellēte tum Craſſo & Antonio.
dem philippo, poſt Iulio. qum iis ipis dicendi gloria comparabaṫ. Primū memoria tanta quanta in
viro cognouiſſe me arbitror: vt quæ ſecum cōmentatus eſſet. ea ſine ſcripto verbis eiſdem redderet
quibus cogitauiſſet. hoc adiumento ille tanto ſic vtebaṫ vt ſua & cōmentata & ſcripta. & nullo refe-
rente omnia. omnia aduerſarioꝝ dicta meminiſſet. Ardebat autem cupiditate ſic, vt in nullo vnqꝫ fla
grantius ſtudium viderim. nullum. n. patiebaṫ eſſe diem. quin aut in foro diceret aut meditaretur ex
tra forum. Sæpiſſime aūt eodē die vtrūqꝫ faciebat. attuleratqꝫ minime vulgare genus dicendi. duas
qdem res quas nemo alius. ptitiones quibus de rebus dicturus eſſet & coniunctiones memor. & q̄
eſſent dicta cōtra. q̄qꝫ ipe dixiſſet. Erat in verboꝝ ſplendore elegās. cōpoſitiōe aptus. facultate copi-
oſus. eaqꝫ erat qum ſummo ingenio. tū exercitationibus maximis cōſecutus. rem cōplectebatur me
moriter. diuidebat acute nec ptermittebat fere qcqꝫ qđ eſſet in cā aut ad confirmandū aut ad refellē-
dum vox canora & ſuauis. motus & geſtus etiā plus artis habebat ꝗ erat oratori ſatis. Hoc igiṫ flo
reſcente Craſſus ē mortuus. Cotta pulſus. iudicia intermiſſa bello. nos in foꝝ venimus. Erat Hortē
ſius in bello primo anno miles. altero tri. militū. Sulpitius legatus aberat. etiā. M. Antonius exerce-
batur vna lege iudiciū varia. cæteris ꝓpter bellū intermiſſis. qui frequens aderā. quãqꝫ pro ſe ipi dicē
bant oratores. non illi quidem principes. L. Mēnius & Qu. Pompeius ſed oratores tñ teſte diſerto
vterqꝫ philippo. cuius in teſtimonio contētio. & vim accuſatoris habebat & copiā. Reliqui qui tum
principes numerabātur in mgr̄atibus erāt. quotidieqꝫ fere a nobis in cōcionibus audiebantur. Frat
eñ tri plæ. tūc Curio. quãqꝫ is quidē ſilebat vt erat ſemel a cōcione vniuerſa relictus. Qu. Metellus
celer nō ille quidē orator. ſed tñ nō infans. diſerti autē Qu. Varius. C. carbo Cn. Pōponius & ii qdē
habitabāt in roſtris. C. etiam Iulius. ædilis currulis quotidie fere cōciones habebat. ſed me cupidiſſi
mō audiēdi primus dolor pcuſſit. Cotta qum ē expulſus. reliquos freqnter audiēs acerrimo ſtudio
tenebar. quotidieqꝫ & ſcribens & legēs & cōmentās. tñ exercitationibus cōtentus nō erā. Iam cōſe-
quente āno Qu. Varius ſua lege dānatus exceſſerat. Ego aūt iuris ciuilis ſtudio multū ope dabam.
Qu. Scæuola. P. F. qui quãqꝫ nemini ad docendū dabat. tñ cōſulentibus rñdendo. ſtudioſos audien
di dicebat. Atqꝫ huic anno ꝓximus ſylla cōſule. & Pompeio fuit. tum. P. Sulpitii in tribunatu quoti
die cōcionantis totū genus dicēdi penitus cognouimus. eodemqꝫ tpe qum princeps academiæ phy
lo cū atheniēſium optimatibus Mithridatico bello domo ꝓfugiſſet. Romãqꝫ veniſſet. totum ei me
tradidi admirabili quodā ad phiam ſtudio incitatus. in quo etiam cōmorabar attētius & ſi reꝝ iparū
varietas & magnitudo ſumma me delectatione retinebat. ſed tñ ſublata iam eſſe in ppetuum rō iudi
ciorum videbaṫ. Occiderat Sulpitius illo anno. treſqꝫ ꝓximo triū ætatum oratores erāt crudeliſſime
interfecti. Qu: Catullus. M. Antonius. C. Iulius. Eodē anno etiā Moloni Rhodio Romæ dedimus
operam & actori ſummo cauſaꝝ & mgr̄o. Hæc & ſi vidētur eſſe a ꝓpoſito rōne diuerſa. tū iccirco a
me ꝓferūtur. vt noſtrū curſum pſpicere qm̄ voluiſti brute poſſis. nā attico hæc nota ſunt. & videre
quēadmodū ſimus in ſpacio. Qu. Hortēſiū ipius veſtigiis pſecuti Trieniū fere fuit vrbs ſine armis.
ſed oratoꝝ aut interitu aut diſceſſu aut fuga (nā aberāt etiā adoleſcētes. M. Craſſus & Lentuli duo)
primas in cauſis agebat Hortenſius. magis magiſqꝫ quotidie ꝓbabaṫ Antiſtius Piſo ſæpe dicebat:
minus ſæpe Pomponius raro Carbo. ſemel aut iteꝝ philippus. At uero ego hoc tpe omni noctes &
dies in omniū doctrinarum meditatōne verſabar. Eram cum ſtoyco Diodoro. qui qum habitauiſſet
apud me. qumqꝫ vixiſſet nuper eſt domi meæ mortuus. a quo qum in aliis rebus. tum ſtudioſiſſime
in dialectica exercebar. quæ quaſi contracta & aſtricta eloquentia putanda eſt. ſine qua etiam tu bru-
te iudicauiſti te illam iuſtam eloquentiam (quā dialecticam dilatam eē putant) conſequi non poſſe.
Huic ego doctori & eius artibus variis atqꝫ multis ita eram tamen deditus. vt ab exercitationibus
oratoriis nullus dies vacuus eēt. Cōmentabar declamitans. ſic enim nūc loquūtur ſæpe cum. M. Pi-
ſone. & cum Qu. Pompeio. aut cum aliquo quotidie. idqꝫ faciebam multū etiam latine ſed græce ſe
pius. vel ꝙ græca ōrō plura ornamēta ſuppeditās. cōſuetudinē ſimiliter latine dicēdi afferebat. vl' ꝙ
a græcis ſummis doctoribus. niſi grece dicerem neqꝫ corrigi poſſim neqꝫ doceri. Tumultus interim
recupanda rep. & crudelis interitus oratoꝝ triū Scæuole. Carbonis antiſtii. reditus Cotte. Curionis
Craſſi. Lentuloꝝ Pompei. leges & iudicia conſtituta. recupata reſpu. ex numero aūt oratoꝝ pompo
nius cenſorinus. Murena ſublati. Tū primū nos ad cauſas & priuatas & publicas adire cœpimꝰ. nō
vt in foro diſceremus. quod pleriqꝫ fecerūt. ſed vt quantum nos efficere potuiſſemus docti in forū
veniremus. Eodem tempe Moloni dedimus operam. dictatore. n. Sylla legatus ad ſenatū de Rhodi
orum pmiis venerat. Itaqꝫ prima cauſa publica pro Sexto Roſcio dicta tñ cōmendationis habui vt
non vlla eſſet q̄ nō noſtro digna patrocinio videreṫ. deinceps inde multæ quas nō diligēter elabora
tas etiā ꝗ elucubratas afferebamus. nūc qm̄ totū me nō næuo aliquo. aut crepūdus. ſed corpore omī
videris velle cognoſcere. cōplectar nōnulla etiam que fortaſſe videantur minus neceſſaria. Erat eo
tempe in nobis ſumma gracilitas. & infirmitas corpis. procerum & tenue collū. qui habitus. & que
figura non ꝓcul abeſſe putatur a vite periculo. ſi accedit labor & laterum magna cōtentio. Eoqꝫ ma-
gis hoc eos quibus eram charus cōmouebar. ꝙ omnia ſine remiſſione ſine varietate vi ſumma vo-
cis & totius corporis contentione dicebam. Itaqꝫ qum me & amici & medici hortarentur. vt cauſas
agere deſiſterem. quod vis potius piculum mihi adeūdum. ꝗ a ſperata dicendi gloria diſcedendum

putauit.Sed qum cenſerem remiſſione & moderatione vocis.& cōmutato genere dicendi me & pe
riculum vitare poſſe & temperatius dicere vt conſuetudinem dicēdi mutarem.ea cauſa mihi in Aſia
proficiendi fuit.Itaqꝫ qum eſſem biennium verſatus in cauſis. etiam in foro celebratum meum no
mē eſſet.Roma ſum profectus.Qum veniſſem athenas ſex mēſes cum anthioco veteris academie
nobiliſſimo & prudentiſſimo philoſopho fui.ſtudiumqꝫ philoſophiæ nūqꝫ itermiſſum a prima ado
leſcentia cultum.& ſemꝑ acutum.hoc rurſus ſummo auctore & doctore renouaui. Eodem tm̄ tem
re athenis apud Demetrium Syrum veterem.& non ignobilem dicendi magiſtrum.ſtudioſe exe
ri ſolebam.poſt a me Aſia tota peragrata eſt.cum ſummis quidē oratoribus.quibus qum exer [illegible]
ipis libentibus.quorum erat princeps Menippius ſtratonicenſis. meo iudicio tota aſia illis tempo
ribus diſertiſſimus & ſi nihil habere moleſtiarū.& ineptiarū atticorum eſt.hic orator in illis numera
ri recte poteſt. Aſſiduiſſime autem mecum fuit Dyoniſius Magnes.erat etiam Aeſculus Cnidius.
Adramitenus.Xenocles.hi tum in aſia rhetorum principes numerabantur. quibus non contētus
Rhodum veni. meqꝫ ad eundem quem rome audiueram Molonē applicaui. qum actorem in veris
cauſis.ſcriptoremqꝫ præſtantem.tum in notandis.animaduertendiſqꝫ viciis & inſtituendo docēdo
qꝫ prudentiſſimū.Is dedit operam ſi modo id conſequi potuit.vt nimis redundantes nos & ſupra
fluentes iuuenili quadam dicendi impunitate & licentia reprimeret & quaſi extra ripas diffluentem
coerceret.Ita recæpi me biennio poſt.non modo exercitatior ſed prope mutatus.Nam & contentio
nimia vocis reciderat.& quaſi referuerat oratio.lateribuſqꝫ vires.& corpis mediocris habitus acceſ
ſerat.duo tum excellebant oratores.qui me imitandi cupiditate incitarent. Cotta & Hortēſius.quo
rum alter remiſſus.& lenis.ꝓpriis verbis comꝑhendens ſolute & facile ſententiā.alter ornatus.acer
& non talis qualem tu cū brute iam defloreſcentem cognouiſti.ſed verboꝝ.& actionis genere com
motior.Itaqꝫ cū Hortenſio mihi magis arbitrabar rē eſſe:quia & dicendi ardore eram ꝓprior.& eta
te coniūctior.Etenim videram in iiſdem cauſis.vt ꝓ.M.manuelio.ꝓ.Cn. Dolobella conſulari.qum
Cotta princeps adhibitus eſſet.priores tamen agere ꝑtes. Hortenſiū acrem.n.oratorem incenſum.
& agentem & canoꝝ concurſus hominū.foriqꝫ ſtrepitus deſiderat.Vnum igitur annū qum rediiſſe
mus ex aſia cauſas nobilis egimus.qum ꝗſturam nos conſulatū cotta ædilitatem peteret.Hortēſius
interim me quæſtorem Sicilienſis excæpit annus. Cotta ex conſulatu eſt ꝓfectus in Galliā princeps
& erat & habebat̄ Hortenſius. Qum autem anno poſt e Sicilia me recæpiſſem. iam videbat̄ illud in
me quicquid eſſet eſſe perfectum.& habere maturitatem quandam ſuā.Nimis multa videor de me
ipē præſertim:ſed omni huic ſermoni ꝓpoſitum eſt.non vt ingenium & eloquentiam meam perſpi
cias.vnde longe abſum.ſed vt laborem & induſtriam.Qum igitur eſſem in plurimis cauſis.& i prin
cipibus patrouis quinquēniū fere verſatus tum in patrocinio ſicilienſi maxime in certamen veni de
ſignatus ædilis.qum deſignato conſule Hortenſio.Sed qm̄ omnis hic ſermo noſter non ſolum enu
merationem oratoriam.verumetiam præcepta quædam deſiderat quid tanqꝫ notandum & animad
uertendum ſit in Hortenſio breuiter licet dicere. Nam is poſt conſulatum credo ꝙ viderit ex cōſu
laribus neminem eſſe ſecum comparandum negligeret autem eos qui conſules nō fuiſſent. ſummū
illud ſtudiū remiſit.quo a puero fuerat incenſus.atqꝫ in oīm reꝝ abundantiam voluit beatius:vt ipſe
putabat remiſſius certe viuere.primus & ſecundus annus.& tercius tm̄ ꝗſi de picture veteris colore
detraxerat:quātū nō quiuis vnus ex ppl̄o ſed exiſtimator doctus & intelligēs poſſet magnū ſcælus
Longius autē ꝓcedēs.vt in cæteris eloꝗntie ꝑtibus.tū maxime in celeritate.& cōcinnatione verboꝝ
adhæreſcēs ſui diſſimilior videbat̄ fieri quotidie.Nos aūt nō deſiſtebamus. qum oīni genere exer
citationis.tū maxime ſtilo.nr̄m illud augere quātūcūqꝫ erat. Atqꝫ (vt multa omittā) in hoc ſpacio .&
in iis poſt ædilitatē annis & p̄tor p̄imus.& icredibili ppl̄ari volūtate ſim factus.Nā qum pp aſſidui
tatē i cauſis.& induſtriā.tū pp exꝗſitius.& mīme vulgare orōnis genꝰ aīos hoim ad me dicēdi noui
tate cōuerteram.Nihil de me dicam.dicā de cæteris.quoꝝ nemo erat q videret exꝗſitius quā vulgꝰ
hoim ſtuduiſſe lr̄is. ꝗbus fons ꝑfecte eloꝗntie cōtinetur.nemo qui philoſophiam cōplexus eēt. mr̄em oim
bn̄factoꝝ.bn̄qꝫ ditorrū nemo qui ius ciuile didiciſſet rem ad priuatas cauſas.& ad oratoris pruden
tiam maxime neceſſariā.nemo qui memoriā reꝝ romanaꝝ teneret. ex qua ſi quando opus eſſet ab
inferis locupletiſſimos teſtes excitaret.nemo qui breuiter argutecqꝫ incluſo aduerſario laxare iudicū
animos.atqꝫ a ſe veritate pauliſper ad hilaritatem .riſumqꝫ traduceret.nemo qui dilatare poſſet .atqꝫ
a propria ac definita diſputatione hominis ac temporis cōmunem quæſtionem vniuerſi generis ora
tionem traduceret.nemo qui delectandi gratia digredi parumper a cauſa nemo qui iracundiam ma
gnopere iudicem.nemo qui ad fletum poſſet adducere.nemo qui animū eius.quod vnum eſt orato
ris maxime propriū quocūqꝫ res poſtularet impelleret.Itaqꝫ qum iā pene euanuiſſet Hortenſius.&
ego anno meo.ſexto aūt poſt illū conſulē conſul factus eſſem.reuocare ſe ad induſtriā cœpit.ne quū
pares honore eſſemus aliqua rē ſuperiores videremur. Sic duodecim poſt meum conſulatum ānos
in maximis cauſis.qum ego mihi illū.ſibi me ille anteferret cōiunctiſſime verſati ſumus. conſulatuſ
qꝫ meus qui illum primo leuiter perſtrinxerat.idem nos rerum mearum geſtarum. quas ille admira
batur laude coniunxerat.Maxime vero perſpecta eſt vtriuſqꝫ noſtrum exercitatio. pauloante quam
perterritum armis hoc ſtudium Brute noſtrum cōticuit ſubito .& omutuit qum lege Pōpeia ternis
horis ad dicēdū datis ad cauſas ſimilimas iter ſe.vel potius eaſdē noui veniebamꝰ quotidie.ꝗbus q.
dem cauſis tu etiam brute preſto fuiſti.compluriſqꝫ & nobiſcum.& ſolus egiſti.vt qui non ſatis diu

vixerit Hortenſius.tamen hunc curſum cõfecerit.annis ante decem cauſas agere cœpit. quam tu es
natus idem quartoſexageſimo anno perpaucis ante mortem diebus vna tecum ſocerum tuũ defen-
dit Appium:Dicendi autem genus quod fuerit in vtroqꝫ orationes vtriuſqꝫ etiã poſteris noſtris in-
dicabunt.Sed ſi quærimus cur adoleſcens magis floruerit dicendo.qui ſenior Hortẽſius:cauſas re-
perimus veriſſimas duas.primum quod genus erat orationis aſiaticum.adoleſcentiæ magis cõceſ-
cum.quam ſenectuti.Genera autem aſiaticæ dictionis duo ſunt.Vnum ſententioſum.& argutũ ſen-
tentiis non tam grauius.& ſi veris.nunquam concinnis.&venuſtis.qualis in hiſtoria Timeus.in di
ſendo autem pueris nobis Hierocles Alabandeus. magis etiam Menedes frater eius fuit.quorum
vtriuſqꝫ orationes ſunt imprimis vt aſiatico in genere laudabiles.Aliud aũt genus eſt non tam ſen-
tentiis frequentatum quam verbis volucre.atqꝫ incitatum.quale eſt nunc a ſita tota.nec flumine ſo-
lum orationis.ſed etiam ex ornato & faceto genere verborum in quo fuit aeſchilus Cnidius.& me-
us equalis Mileſius Aeſchines.In iis erat admirabilis orationis curſus.ornata ſententiarum cõcin-
nitas non erat.Hæc autem(vt dixi)genera dicendi aptiora ſunt adoleſcentibus. in ſenibus grauita-
tem non habent.Itaqꝫ Hortenſius vtroqꝫ genere florens.clamores faciebat adoleſcens.Habebat.n.
& menedium illud ſtudium crebrarum venuſtarumqꝫ ſententiarum.in quibus vt in illo græco. ſic in
hoc erant quædam magis venuſtæ.dulceſqꝫ ſententiæ.ꝗ aut neceſſariæ.aut interdum vtiles .Et erat
oratio qum incitata & vibrans.tum etiam accurata.& polita.Non probantur hæc ſenibus.ſæpe vide
bam qum irridentem.tum etiam iraſcentem.& ſtomachantem Philippum. ſed mirabantur adoleſcẽ
tes.multitudo mouebatur.Erat excellens iudicio vulgi. & facile primas tenebat adoleſcens. Et ſi.ne
genus illud dicendi auctoritatis habebat parum.tamẽ aptum eſſe ætati videbatur.& certe ꝙ & inge
nii quædam forma lucebat.& exercitatione perfecta erat verborum. eratqꝫ aſtricta comprehẽſa ſum
mam hominũ admirationem excitabat. Sed qum iam honores. & illa ſenior auctoritas grauius qd-
dam requireret.remanebat idem nec decebat idem.ꝙqꝫ exercitationem ſtudiumqꝫ dimiſerat. quod
in eo fuerat acerrimũ.concinnitas illa.crebritaſqꝫ ſententiarũ priſtina manebat. ſed ea veſtitu illo ora
tionis.quo conſueuerat ornata non erat.hoc tibi ille brute minus fortaſſe placuit.ꝗ placuiſſet.ſi illũ
flagrantem ſtudio. & florentem facultate audire potuiſſes. Tum Brutus. Ego vero iſta inquit
que dicis video qualia ſint & Hortenſium magnum oratorem ſemper putaui.maximeqꝫ probaui ꝑ
Meſſalla dicentem.qum tu affuiſti.ſic ferunt inqꝫ.Idemqꝫ declarat totidẽ quod dixit(vt aiũt ſcripta)
verbis oratio.Ergo ille a Craſſo conſule:& ſcæuola vſqꝫ ad paulum. & Marcellum conſules floruit.
nos in eodem curſu fuimus a Sylla dictatore.ad eoſdem fere conſules.Sic.Qu.Hortenſii vox extin
cta fato ſuo eſt.noſtra publico.Melius queſo ominare inquit brutus.ſit ſane vt vis inquam.& id nõ
tam mea cauſa quam tua.ſed fortunatus illius exitus.qui ea non vidit qum fierent que prouidit fu
tura.Sæpe enim inter nos impendentes caſus defleuimus. qum belli ciuilis cauſas in priuatorũ cu-
piditatibus incluſas.pacis ſpem a publico conſilio eſſe excluſam videremus. ſed illum videtur fœli-
citas ipſius qua ſemper eſt vſus.ab eis miſeriis que conſecute ſunt morte vindicaſſe. Nos aũt Brute
quoniam poſt Hortenſii clariſſimi oratoris mortem orbe eloquẽtiæ.quaſi tutores relicti ſumus do
mi teneamus eam ſeptem liberali cuſtodia.& hos ignotos.atqꝫ imprudentes procos repudiemus.tu
eamurqꝫ vt adultam virginem caſte.& ab armatorum impetu.quantũ poſſumus prohibeamus.Eq-
dem & ſi doleo.me in vitam pauloſerius tanquam inviam ingreſſum priuſquam confectum iter ſit
in hanc.r.p.noctem incidiſſe tamen ea conſolatione ſuſtentor.quã tn mihi brute adhibuiſti tuis ſua
uiſſimis litteris quibus me forti animo eſſe oportere cenſebas.ꝙ ea geſſiſſem.que de me etiam me
tacente ipa loquerentur mortuo viuerẽtqꝫ.Que ſi recte eſſet ſaluti reip.ſin ſecus.interitu ipo teſtimo
niũ meorum de.r.p.conſiliorum darent.ſed in te intuens Brute doleo.cuius in adoleſcentia per me
dias laudes.quaſi quadrigis vehementem tranſuerſa incurrit miſera fortuna reipu.hic me dolor tã-
git hec me cura ſollicitat.& hunc mecum ſocium eiuſdem.& amoris & iudicii. Tibi fauemus. te tua
frui virtute cupimus.tibi optamus eam rempu.in qua duorum generum ampliſſimorum renouare
memoriam atqꝫ augere poſſis.Tuum enim forum tuum erat illud curriculũ.tu illuc veneras vnus.
qui non linguam modo acuiſſes exercitatione dicendi.ſed & ipſam eloquẽtiam locupletauiſſes.gra
uiorum artium inſtrumento & iiſdem artibus decus omnem virtutis cum ſumma eloquentiæ laude
iunxiſſes.Ex te dnplex nos afficit ſollicitudo quod & ipe rep.careas.& illa te.Tu tamẽ & ſi curſum
ingenii tui brute premit hæc importuna clades ciuitatis.contine te in tuis perẽnibus ſtudiis. & effi-
ce id quod iam prope modum.vel plane potius effeceras vt te eripias ex ea quã ego cõgeſſi in hunc
ſermonem turba patronorum. Nec enim decet te ornatum vberrimis artibus quas quũ domo hau
rire non poſſes accerſiuiſti ex vrbe ea quæ domus eſt ſemper habita doctrinæ numerari in vulgo pa
tronorum.Nam qui te exercuit Pãmenes vir longe eloquentiſſimus græciæ.Quid illa vetus acade
mia atqꝫ eius hæres Hariſtus hoſpes & familiaris meus.Siquidem ſimiles maioris partis oratorum
futuri ſumns nonne cernimus vix ſingulis ætatibus binos oratores laudabilis conſtituiſſe. Galbã
fuit inter coæquales vnus excellens cui quemadmodum accæpimus. & Cato cedebat ſenior .& qui
temporibus ætate inferiores fuerunt.Lepidus poſtea deinde Carbo.Nam Gracchi in concionibus
multo faciliore genere & liberiore dicendi quorum tamen iporum ad ætatem laus eloquentiæ per-
fecta nondum fuit.Anto.Craſſus poſt Cotta Sulpitins Hortenſius. nihil dico amplius tm̃ dico. ſi
mihi accidiſſet vt numerare in multis.ſi operoſa eſt concurſatio magis opportunorum.

LIBER

Qu. CICERO DE PETITIONE CONSVLATVS AD. M. T. CICERONEM FRATREM SVVM.

TSI TIBI omnia ſuppetuut. que conſequi ingenio. aut vſu. aut diligentia poſſu
ab amore noſtro nõ ſum alienũ arbitratus ad te perſcribere ea que mibiveniebat in
tem: dies ac noctes de petitione tua cogitanti. non vt aliquid ex iis noui adiicerẽ
vt ea q̃ in re diſperſa atqꝫ infinita videtur eſſe rõe. & diſtributione ſub vno aſpectu
rentur. quãquã plurimũ natura valet tamen videtur in paucoꝝ menſiũ negocio po
mulatio naturam vincere. Ciuitas que ſit cogita. quid petas. qui ſis prope quotidie ad forum tibi de
ſcendenti meditandũ boc ſit. nouus ſum. conſulatum peto Roma eſt nominis nouitatem dicẽdi glo
ria maxime ſubleuabis. ſemp̄ ea res plurimum dignitatis babuit non poteſt qui dignus babetur pa
tronus conſulariũ indignus conſulatu putari. Quamobrem quoniam ab bac laude proficiſceris. &
quicquid es ex boc es. ita paratus ad dicendum venito. quaſi in ſingulis cauſis iudicium de omĩ ne
gocio futuꝝ ſit. Eius facultatis adiumenta quæ ſcio tibi eſſe ſepoſita. vt parata ac prompta ſint cura.
& ſæpe que de demoſtbenis ſtudio & exercitatione ſcripſit Demetrius recordare deinde & amicoꝝ
multitudo. & genera appareant. Habes eñ ea que noui babuerunt. omnes publicanos. totũ ſere eq
ſtrem ordinem multa preterea municipia multos abs te defenſos bomines cuiuſqꝫ ordinis aliquot
collegia. preterea ſtudio dicendi conciliatos plurimos adoleſcentulos. quotidianam amicoꝝ aſſidui
tatem & frequentiam. Hec cura. & vt teneas cõmendando. & rogando & omni ratione efficiẽdo. vt
intelligãt qui debent tua cauſa referende gratie & qui volunt obligandi tui tẽpus ſibi aliud nullum
fore. Etiã boc multũ videtur adiuuare poſſe nouũ bominẽ bominũ nobiliũ voluntas. & maxime cõ
ſularium prodeſt quoꝝ in locum ac numerũ ſi peruenire velis ab iis ipis illo loco. ac numero dignũ
putari. Ii rogandi omẽs ſunt diligenter & ad eos allegandum perſuadẽdumqꝫ eſt is. Non ſemper cũ
optimatibus de rep. ſenſiſſe minime populares fuiſſe. ſiquid locuti populariter videmur id nos eo
conſilio feciſſe vt nobis. Cn. Pompeium adiũgeremus vt eum qui plurimũ poſſet aut amicũ in no
ſtra petitione baberemus aut certe nõ aduerſariũ. Preterea adoleſcentes nobiles elabora vt babeas.
vel teneas ſtudioſos quos babes. multũ dignitatis afferent plurimos babes. perfice vt ſciant. quãtũ
in bis putes eſſe ſi adduxeris. vt ii qui non volũt cupiant plurimũ quidem ꝓderũt At multũ & no
uitatem tuã adiuuãt quod eiuſmodi nobiles tecũ petunt vt nemo ſit qui audeat dicere plus illis no
bilitatem quã tibi virtutem ꝓdeſſe oportere. Iam. P. Galbã. &. L. Craſſum ſummo loco natos qs eſt
qui petere conſulatũ putet. Vides igit̃ ex ampliſſimis familiis boim: qui ſine neruis ſint tibi pares
non eſſe At Antonius & Catilina moleſti ſunt immo bomini nouo induſtrio. innocẽti diſerto gra
tioſo apud eos q̃ res indicãt optandi cõpetitores ambo ſiccarii ambo libidinoſi ambo egentes. eoꝝ
alterius bona ꝓſcripta vidimus vocẽ deniqꝫ audiuimus. iurãtis ſe Rome iudicio equo. cũ boĩe gre
co certa re nõ poſſe & ex ſenatu eiectũ ſcimus. Optima ve eo cenſoꝝ exiſtimatione in p̃tura cõpeti
torẽ babuimus amico Sabidio. & Pantbera q̃d ad tabulã quos poneret non babeat quo tñ in magi
ſtratu amicã quã palam domi bãberet de macbinis emit. In petitione aũt cõſulatus cauponas omẽs
bic cõpilare p̄ turpiſſimã legationem maluit quam adeſſe &. p. r. ſupplicare. Alter vero dii boni quo
ſplẽdore ẽ: primũ nobilitate eadẽ qua Catilina nũ maiore non ſed virtute. Quãobrem quã Manius
vmbrã ſuã metuit. būc negligẽs q̃dem natũ in patris egeſtate: educatũ in ſororis ſtupris corrobora
tũ in cede ciuiũ cuius primus ad. r. p. aditus in eq̃tibus romanis occidẽdis fuit. Nã illis quos memi
nimus Gallis q̃ tñ tinioꝝ ac uannioꝝ ac tanuſioꝝ capita demebãt. Sylla vnũ Catilinã p̄fecerat. in q
bus ille boiem vnũ optimũqꝫ Catullũ ſororis ſue virũ equidẽ Ro. nullarũqꝫ p̄tiũ. tuũ ſp̄ natura. tum
etiã etate iam q̃a tum ſuis manibus occidit. Q̃d ego nunc dicã petere cũ eo te conſulatũ. qui bominẽ
cbariſſimũ po. ro. M. Mariũ in ſpectãte po. ro. virgis p̄ totã vrbẽ ceciderit ad buſtũ egerit. ibi omni
cruciatu lacerarit viuo ſtatim collũ gladio ſua dextra ſecuerit. quũ ſiniſtra capillũ ei⁹ a vertice teneret
caput ſua manu tulerit. qum iter digitos ei⁹ riui ſanguis flueret qui poſtea cũ iſtrionib⁹. & cũ gladia
toribus ita vixit. vt alteros libidĩs alteros facinoris adiutores baberet. qui nullum in locum tã ſan
ctum. ac tam religioſum acceſſit. in quo non & ſi in aliis culpa non eſſet. tamen ex ſua nequicia dede
coris ſuſpitionem relinqueret. qui ex curia curioſe. & Annios ab attiis Sapalas & caruilios. ex eque
ſtri ordine Pompilios & Cneios ſibi amiciſſimos comparauit qui tantum babet audacie. tantum ne
quicię. tñ deniqꝫ in libidine artis. & efficacitatis. vt prope in parentum gremiis pretextatos liberos
conſtrupauerit. Quid ego nnuc tibi de Aprica. Quid de teſtiũ dictis ſcribã. nota ſunt. & tu ea ſepius
legito. ſed tamen boc mibi non p̃termittendum videtur. qui primũ ex eo iudicio tam egẽs diſceſſit.
quã iudices eius ante illud iudiciũ fuerũt. deinde tam inuidioſus. vt aliud meũ iudiciũ quotidie fla
gitetur. bic ſic ſe babet vt magis timeat etiam ſi quieuerit. quã vt contemnat. ſiquid cõmouerit quã
to melior tibi fortuna petitionis data eſt. quam nuper bomini nouo. C. Celio ille cum duobus bo
minibus ita nobiliſſimus penitebat. vt tamen in iis omnia pluris eſſent quam ipa nobilitas ſumma
ingenia. ſummus pudor plurima beneficia. ſumma ratio ac diligentia petendi tamen eorum alterum
qum deeſſet. alterũ etiã quũ m̃lto eẽt iferior genere. ſup̄ior nulla re pene ſup̄auit. Quare ſi facies ea
q̃ tibi natura & ſtudia quibus vſus ſemp̄ largiũtur. quæ t̃pibus tui ratio deſiderat. que potes. quæ de
bes non erit difficile certamẽ iis competitoribus qui nequaquã ſunt tam genere inſignes. quã viciis
nobiles. Quis eñ reperiri põt tam improbus ciuis. qui velit vno ſuffragio duas in rep. ſiccas diſtin

gnere. Quoniam igitur quæ ſubſidia nouitatis haberes: & habere poſſes expoſui. Nunc de magnitudine petitionis dicendum videtur. Conſulatum petis quo honore nemo eſt qui te non dignum arbitretur ſed multi qui inuideant. Petis enim homo ex æqueſtri loco locum ſummum ciuitatis atqꝫ ita ſummum, vt forti homini: diſerto: innocento multo idem ille honos plus amplitudinis ꝙ cæteris afferat. Noli putare eos qui ſunt eo honore vſi non videre tu quum idem ſis adeptus quid dignitatis habiturus ſis: eos vero qui cõſularibus familiis nati locum maiorum cõſecuti non ſunt ſuſpicor tibi niſi qui admodũ te amãt inuidere: etiam nouos homines prætorios exiſtimo niſi qui tuo beneficio vincti ſunt nolle abs te ſe honore ſuperari. Iam in populo ꝙ multi inuidi ſunt: ꝙ multi conſuetudine horum annorum ab hominibꝰ nouis alienati: venire tibi in mentem certe ſcio eſſe etiã nonnullos tibi iratos ex his cauſis quas egiſti neceſſe eſt. Iam illud tu te circunſpicio. ꝓ ad Cn. Pompei gloriam augendam tanto ſtudio te dediſti: num ꝗ tibi putes ob eam cauſam eſſe amicos. Quobrem quum & ſummum locum ciuitatis petas: & viceas eſſe ſtudia quæ tibi aduerſentur: adhibeas neceſſe eſt omnem rationem & curam & laborem & diligentiã in petitione magiſtratuum: quarum altera in amicorũ ſtudiis. altera in populari voluntate ponenda ẽ. Amicorum ſtudia beneficiis & officiis & vetuſtate & facilitate: ac iocunditate natura parte eſſe optet: ſed hoc nomen amicorum in petitione latius patet ꝙ in cætera vita. Quiſquis eſt enim qui oſtendat aliquid in te voluntatis. qui colat qui domum ventitet is in amicorum numero eſt habendus. Sed tamẽ qui ſunt amici ex cauſa quæſtoriæ cognationis aut affinitatis aut ſodalitatis aut alicuius neceſſitudinis his earũ: ac iucundum eſſe maxime prodeſt deinde vt quiſquis optimus ac domeſticus maxime vt is amet quiqꝫ fideliſſimum eſſe te cupiat valde elaborandum puto: vt tribules: vt vicini: vt clientes: vt deniqꝫ liberti poſtremo & ſeruitus Nam fere omnis ſermo ad forenſem famam a domeſticis emanat auctoribus: deinde ſũt inſtituendi cuiuſcunqꝫ generis amici ad ſpeciem hominis illuſtris honore ac nomine qui etiam ſi ſuffragandi ſtudia non nouerint tamen afferunt petitori aliquid dignitatis ad iuſticiam obtinẽdam Magiſtratus ex ciuibus maxime conſules: deinde tribu. plæ ad conficiendum centurias homines excellenti gratia qui abs te tribunatum: aut centuriam. aut aliquod beneficium: aut haberent: aut vt habeãt ſperent eos prſus magnopere compara & confirma: nam per hos annos homines ambitioſi vehementer omĩ ſtudio atqꝫ opere laborarunt: vt poſſent a tribulibus ſuis ea quæ peterent impetrare. hos tu homines quibuſcũqꝫ rationibus poteris vt ex animo: atqꝫ ex illa ſumma voluntate tui ſtudioſi ſint laborato. Quod ſi ſatis grati homines eſſent: ea omnia parata eſſe debebant: ſicut parata eſſe concerno: nam hoc biennio quatuor ſodalitates ciuium ad ambitionem gratioſiſſimorum tibi obligaſti. Furdani. Qu. Galli. C. Cornelii. L. Coruini. & horum in cauſis ad te deferendis quid eorum ſodales receperint & confirmarint ſcito. Naꝫ interfui quare hoc tibi faciendum eſt: vt idem ab his quod debent exigas ſæpe commonendo: rogando: confirmando: curando: vt intelligant nullum ſe aliud tempus vnqꝫ habituros reſtituẽdæ gratiæ: profecto homines & ſpe reliquorum tuorum officiorum etiam recentibus beneficiis ad ſtudium ſeruandum excitabuntur. Et omnino quoniam eo genere amicitiæ petitio tua maximæ nunciata eſt: quo cauſarum defenſionibus adeptus es: fac vt plane in rebus quos deuinctos tenes deſcriptum ac depoſitum ſuum cuiqꝫ munus ſit. Et quemadmodum memini qui nulla in re illis vnqꝫ moleſtus fuiſti: ſic cura vt intelligant omnia te q̃ ab illis tibi deberi putaris ad hoc tempus reſeruaſſe. Sed quoniam tribꝰ rebus homines maxime ad beniuolentiam aliquam hoc ſuffragandi ſtudia ducuntur beneficio: ſpe: adiunctione animi vel voluntate animaduertendum eſt quemadmodũ cuiqꝫ horum generi ſit inſeruiendum. Minimis beneficiis homĩes adducuntur: vt ſatis cauſæ putent ſe ad ſtudium ſuffragationis dediſſe nedum hi quibus ſaluti fuiſti: q̃s tu habes plurimos: & intelligant ſi hoc tuo tempore tibi non ſatiſfecerint: ſe probatos nemini vnqꝫ fore: quod quum ita ſit: tamen rogandi ſunt atqꝫ etiam in hanc opinionem adducẽdi: vt qui nobis obligati fuerint his viciſſim nos obligari adhuc videamur poſſe. Qui autem ſpe tenẽtur: quod genus hominũ multo eſt diligentius atqꝫ officioſius: his fac vt ꝓpoſituꝫ ac paratum auxilium tuũ eſſe videatur: deniqꝫ vt ſpectatorem te ſuorum vel officiorum eſſe intelligant diligentem: vt videre te plane: atqꝫ animaduertere ꝙtum ab vnoquoqꝫ ꝓficiſcatur appareat. Tertium illud genus eſt ſtudiorum voluntarium quod agendis gratiis accõmodandis ſermonibus ad eas rationes ꝓpter quas quiſqꝫ ſtudioſus eſſe videbitur: ſignificando erga illos pari volũtate adducendam amiciciam in ſpem familia quiſqꝫ poſſit vt ſcias & quemadmodũ inſeruias: & quid a quoqꝫ expectes ac poſtules. Sunt enim quidam homines in ſuis ciuitatibus & municipiis gratioſi. Sunt diligentes & copioſi qui etiam ſi antea ſtuduerint huic gratiæ tamen ex tempore elaborare eius cauſa cui debent aut volunt facile poſſunt. His hominum generibus ſic inſeruiendum eſt vt ipſi intelligant te videre quid a quoqꝫ expectes: ſentire quid accipias meminiſſe quid acceperis. Sunt autem qui aut nihil poſſunt: aut etiam odio ſunt tribulibus ſuis nec habent tantum animi aut facultatis aut enitãtur ex tpe. Hos internoſcas & videto ne ſpe in aliquo maiore poſita præſidii parum comparetur. Et quãqꝫ partis & fundatis amicitiis fretum: ac munitum eſſe oportet tamen in ipſa petitione amiciciæ permultæ ac perutiles comparant̃. Nam in exteris moleſtiis habet hæc tamẽ petitio cõmodi poſſis honeſte q̄d in cætera vita nõ queas quoſcũqꝫ velis adiungere ad amiciciã: quibus cũ ſi alio tempore agas vt teutãtur abſurde facere videare. In petitione aũt niſi id agas: & cũ multis & diligẽter nullius petitor eẽ videare Ego tibi hoc cõfirmo eſſe neminẽ niſi aliqua neceſſitudine cõpetitorum alicui tuorũ ſit adiunctus a quo nõ facile ſi contenderis impetrare poſſis vt ſuo beneficio promereatur ſe vt ames: & ſibi vt debeas modo vt itelligat te magni exiſtimare & animo agere bñ ſe ponere fore ex eo non breuem: & ſuffragatoriã. ſed

firmam & perpetuam amicitiam. Nemo erit mihi crede in quo modo aliquid virtutis ſit: qui hoc t[illegible]
ſibi oblatum amicitiæ tecum conſtituendæ prætermittat: præſertim quum tibi hoc caſus afferat vt tec[illegible]m
petant quorum amicitia aut contemnenda aut fugienda ſit: & qui hoc quod ego te hortor: non mõ non
aſſequi: ſed ne incipere quidem poſſit. Nam quid incipiat Antonius homines adiũgere atq; imitare id
amiciciam: quos per ſe ſuo nomine appellare non poſſit. Mihi quidẽ ſtultius nil videtur ꝙ exiſtimare eũ
ſtudioſum tui quem non noris. Eximiam quandam gloriam ac dignitatem: ac rerum geſtarum magni⸗
dinem eſſe oportet: in eo quem homines ignoti nullis ſuffragantibus meritis honore afficiant. Nãq; vt
homo iners ſine officio ſine ingenio cum infamia nullis amicis ſeptus hominem plurimorum ſtudio atq;
omnium bona exiſtimatione munitum præcurat: ſine magna culpa negligentiæ fieri non poteſt. Qꝛobrẽ
omnes centurias multis & variis amicitiis cura vt confirmatas habeas: & primum id quod ante oculos ẽ
ſenatores equiteſq; ro. exterorum hominum varios homines & gratioſos complectere. Multi homines
vrbani induſtrii: multi libertini: in foro gratioſi: variiq; verſantur. quos per te quos per communes ami⸗
cos poteris ſumere: cura vt tui cupidi ſint. elaborato appetito: allegato ſummo beneficio te afficere oſten
dito: deinde habe oratores vrbis totius collegium omnium pagorum vicinitatum. Ex iis principes ad
amiciciam tuam ſi adiũxeris: per eos reliquam multitudinem facile tenebis poſtea totam italiam fac vt in
animo & in memoria tibi diſtributam. compræhenſamq; habeas: ne quod municipium: coloniam. præfe
cturam: locum deniq; italiæ ne quẽ eſſe patiare in quo nõ habeas firmamenti quod ſatis eſſe poſſit. Per⸗
quiras etiam: & inueſtiges homines ex omni regione eoſq; cognoſcas appetas confirmes: cures vt in ſu⸗
is videlicet ciuitatibus tibi aliquos petant: & tua cauſa quaſi candidati ſint volent te amicum ſi ſuam a te
amiciciam expeti videbunt: id vt intelligant oratione quæ ad rationem pertinet conſequere homĩes mu⸗
nicipales. & ruſticam nomine tantũ noti in amicitia ſe eſſe arbitrentur. Si vero etiam præſidii ſe aliquid ſi⸗
bi conſtituere putant non amittunt occaſionem ꝓmeredi: hos cæteri: & maxime tui competitores ne no⸗
runt quidem: tu & noſti: & facile cognoſcas: ſine quis amicicia eſſe non poteſt. neq; id tamen ſatis eſt tam
etſi magnum eſt: ſed vt conſequatur: ſpes vtilitatis: atq; amicitiæ: ne nomenculator. ſed amicus & bonus
eſſe videare. Ita quum & hoſipſos propter ſuam ambitionem qui apud tribules ſuos plurimũ gratia poſ
ſint: ſtudioſos incenturiis habeas: & cæteros qui apud aliquam partem tribulum ꝓpter muncipii: aut ci⸗
uitatis: aut collegii rationem valent cupidos tui conſtitueris in optima ſpe eſſe debebis. Iam equitũ cen⸗
turiæ multo facilius mihi diligentia poſſe teneri videntur. Primũ cognoſcendi ſunt equites: deinde adi⸗
piſcendi: multo enim facilius illa adoleſcentulorum ad amicitiã ætas adiungitur: deinde habebis tecũ ex
iuuentute optimum queq; & ſtudioſiſſimum humanitatis tamen eque ſter ordo ſequetur illius auctori⸗
tatem ordinis ſi abs te adhibebitur ea diligentia vt non ordinis illius auctoritatẽ ſolũ voluntate: ſed etiã
ſingulorum amicitiis eas centurias confirmatas habeas. Iam ſtudia adoleſcentulorũ in ſuffragãdo: in ob
eundo in nunciando: in aſſentando mirifice & magna & honeſta ſunt: & quoniã aſſentationis mentio fa
cta eſt id quoq; curandum eſt: vt quotidiana cuiuſq; generis & ordinis: & ætatis vtare: Nam ex ea ipſa co
pia coniectura fieri poterit quanto ſis in ipſo campo virium ac facultatis habiturus. Huius autem rei tres
partes ſunt. vna ſalutatorum quũ domum veniunt. Altera deductorum. Tertia aſſentatoriũ. In ſalutato
ribus qui magis vulgares ſunt: & ad hanc conſuetudinẽ quæ nunc eſt plures veniunt hoc efficiendũ eſt.
vt hoc ipſum minimum officium eorum tibi gratiſſimum eſſe videatur. Qui domum tuam veniẽt. his
ſignificato te animaduertere: & eorum amicis qui illis renuncient oſtẽdito. ſæpe ipſius dicito: ſic homĩes
ſæpe quum obeunt plures competitores: & videãt vnum eſſe aliquem qui hæc officia maxime animad
uertat ei ſe dedunt deſerunt cæteros minutatim ex cõmunibus proprii: ex phucoſis firmi ſuffragatores
euadunt. Iam illud teneto diligenter ſi eum qui tibi ꝓmiſerit phucum vt dicitur facere velle ſenſeris vt te
id audiſſe aut ſcire diſſimules. Siquis tibi ſe purgare volet ꝙ ſuſpectum eſſe arbitretur: affirmes te de illi⸗
us voluntate nunq̃ dubitaſſe nec debere dubitare. Is. n. qui ſe non putat ſatiſfacere amicus eẽ nullo mo
do poteſt. Scire autem oportet quo quiſq; animo ſit: vt & quantũ cuiq; confidas conſtituere poſſit. Iam
deductorum officium quod maius eſt ꝙ ſalutatorum hoc gratius tibi eſſe ſignificato atq; oſtendito. Et
quoad eius fieri poterit cæteris temporibus deſcẽdito. Magnam offert opinionem: magnam dignitatẽ
quotidiana in deducendo frequentia. Tertia eſt ex hoc genere aſſidua aſſentatorũ copia in ea quos vo⸗
luntarios habes. cura vt intelligant te ſibi imperpetuum ſummo beneficio obligari. Qui autem tibi de⸗
bent ab iis plane hoc minus exige: qui per ætatem ac negociũ poterunt ſibi tecum vt aſſidue ſint: qui ſi
ſectari non poterunt neceſſarios ſuos in hoc munere conſtituant. Valde ego te volo. & ad rem pertinere
arbitror ſemper cum multitudine eſſe præterea magnam affert laudem: & ſummam dignitatem ſi ii tecũ
erunt qui a te defenſi: & qui per te ſeruati: ac iudiciis liberati ſunt. Hæc tu planæ ab iis poſtulato: vt quo⸗
niam nulla impenſa per te alii rem honeſtam: alii ſalutem ac fortunas omnes obtinuerunt: nec aliud vllũ
tempus futurum ſit: vbi tibi referre gratiam poſſint hoc te officio remunerẽt. Et quoniam in amicorum
ſtudiis hæc omnis oratio verſatur qui locus in hoc genere cauendus ſit: prætermittendum non videtur
fraudis: atq; inſidiarum & perfidiæ plena ſunt omnia. Non eſt huius temporis admonere. Sũma tua vir
tus eoſdem homines: & ſimulare tibi eſſe amicos: & inuidere coegit. Qꝛobrem illud teneto ner
uos: atq; artus eſſe ſapientiæ non temere credere. Et quum tuorum amicorum ſtudia conſtitueris: tũ etiã
obtrectatorum atq; aduerſariorum rationes & geuera cognoſcito. Hæc tria ſunt vnum ex iis quos læſiſti.
alterum qui ſine cauſa non amant: tertium qui competitorum valde amici ſunt quos læſiſti: quum cõtra

ꝺos pro amico diceres iis te purgato plane neceſſitudines cõmemorato in ſpem adducito teni eorū
rebus ſi ſe in amiciciā contulerint.pari ſtudio atqꝫ officio futurum ſpondeto qui ſine cauſa nō amāt
eos aut beneficio aut ſpe aut ſignificādo tua erga illos ſtudia futura delinies dans operam. vt de il-
la animi prauitate deducas quoꝝ voluntas erit abs te propter competitorū amicicias alienior.hos
quoqꝫ inſerui orationi qui ſuperiores.& ſi probare poteris te in eoſ ipos competitores tuos beniuo
lo eſſe animo oñdito quoniā de amiciciis conſtituendis ſatis dictum ē dicendū eſt de illa altera par-
te petitionis.quæ in populari rōne verſatur.Ea deſiderat nomē elationem blanditiā aſſiduitatem be
nignitatem.rumoꝝ ſpem in.r.p.Primū id quod facis vt homines noris.ſignifica vt appareat.& arri
ge vt quotidie melius fiat.Nihil mihi tam populare.neqꝫ tam gratum videt.deinde id quod natura
non habes indue in animū illa ſimulandū eſſe vt natura facere videare non comitas tibi neceſſe aſt ea
q̄ bono.ac ſuaui homine digna ſunt ſed opus ē magnopere blanditia.quæ etiā ſi vicioſa eſt & turpis
in cætera vita tamē in petitione neceſſaria. Tibi eñ qum deteriorē aliquē aſſentando facit improba
eſt.qum amiciciorem non tam vitupanda.petitori vero neceſſaria ē cuius & frons.& vultus.& ſer-
mo ad eoꝝ quoſcūqꝫ cōuenerit ſenſus & volūtatem comitandus ē.Iam aſſiduatis nullū eſt pceptum
terum. quorum neutrum huic eſt. aut deos eſſe vanos aut auditores non eoſdem. De lachrimis autẽ
ac labore vocis cum a vobis queret dicens quo me conferam viri Athenienſes circũſcripſiſtis me in
rep. non eſt ad quem amplius confugiã. ſubiicite. At uero populus athenienſis quo iam ſe cõfert de-
moſthenes. aut ad quem confugiet? Quid tu pro populo vnq; feciſti. nãq; pro teipo feceris om̃es vi
demus. Deſeruiſti vrbem. nec in pyræo habitas. ſed ex vrbe euadis pecunias tibi cõparaſti ex regio
auro. & ex publicis corruptelis. Tandem quid iſte lacrime. quid hæc vociferatio. quid raucedo iſta
vocis ſibi poſtulat. Reus eſt in hoc iudicio Cteſiphon. Tu neq; de vita. neq; de patrimonio certas.
omne tuũ certamen eſt de aureis coronis. ac de preconio in theatro faciẽdo qui deberes ſi hic popu
lus male ſanus ac ſui oblitus. tam alieno tempore coronare te vellet. hũc honorem ꝑ teipſo depreca
ri dicens. Non enim decet viri athenienſes pro quibus rebus ciuitas luxit. ac ſordidata fuit pro illis
me coronari. At puto iſta diceret vir. qui reuera cum virtute vixiſſet. Quæ vero tu dices. diceret mõ-
ſtrum aliquod qui virtuti obtrectaretur. Nullus verum formidet iudices. ne Demoſthenes vir for-
tis ac celſi animi ſi corona nõ potiat̃. ſibi ipi domũ reuerſo mortem conſciſcat. qui vſq; adeo gloriam
paruifecit. vt deteſtabile illud ac obnoxium caput quod iſte contra leges coronandum cenſuit milies

totonderit.atq; boꝝ mercedem acceperit vulnus ac alapas ita vt nūc etiam plagarum extent veſtigia.
Hic aūt homo non caput:ſed redditum poſſidet.De Ctheſiphpoote autē qui decretū ſcripſit. pauca
dicam.multa tranſgrediar.vt videar ſi vos egregie malos homines(etiā ſi nullus dicat)cognoſcere
valeatis.Quod vero eſt cōe amboꝝ.circūeunt illi foꝝ.veras de ſeipis opiniōes hn̄tes.nec verba mē
tiūtur.Ctheſiphon non ꝓ ſe timere dicit.ſperare quippe ſe ideo tam quēdam videri.ſed Demoſthe-
nis corruptelas in rep.ac ignauiā & ſecordiā eius terrorē ſibi afferre. Demoſthenes vero in ſe aſpici-
ens bene ſperare dicit. Ctheſiphōtis improbitates lenociniaq; formidare.Eos ergo qui ſic adinuicē
ſe condemnāt.vos cōmunes iudices nūq̄ abſoluatis.de maledictis aūt q̄ aduerſus me iactabant pau
ca volo p̄dicere.Audio em̄ domoſthenē dictuꝝ multa ab eo cōmoda rēp.ſuſcepiſſe.multa vero incō
moda a me.& philippū & alexandrū.& eoꝝ cauſas in me eſſe relaturū:Sic.n.vt videt̄ in dicēdo aſtu-
tus eſt verboꝝ artifex.vt nō ſatis illi ſit ſiquid ego apud vos in rep.geſſi.aut ſi aliquid dixi. accuſare
verūetiam quietē meā carpit.ac ſilentiū meū accuſat.ne quis ſibi locus vacuus calūnia relinquat̄. Im
probat etiā meas exercitationes in gymnaſiis cū iunioribus & in hac cauſa ſtatim dicet(me non grā
reip.accuſaſſe)ſed vt p eius inimiciciam me Alexandro oſtenderē.atq; a me q̄ſiturus ē(vt audio)q̄-
obrem ſummā reꝝ a ſe geſtaꝝ in rep.nūc reprehēdo Singula aūt dū agebant̄.nō improbauerim ne-
q; accuſauerim.ſed illa tranſgreſſus.& paꝝ freq̄nter in rep.verſatus.diſtulerim accuſationē. Ego aūt
neq; demoſth.exercitationes emulor.neq; meaꝝ me piget.neq; verba q̄ interdū apud vos feci infe-
cta eſſe velim.neq; ſi ita vt demoſth.verba feciſſem mihi viuendū exiſtimarē. Taciturnitatē aūt meā
demoſth.mediocritas mea pepit.Parua mihi ſatis ſunt.ac maiora turpiter q̄rere nō opto. Itaq; & ſi-
leo & loquor arbitrio meo nō coactus aliqua moꝝ neceſſitate.Tu accepta pecunia ſilentiū agis. cō-
ſumpta vero exclamas.Verba aūt facis non qn̄ bn̄ tibi videt̄. neq; arbitrio tuo. ſed arbitrio illorum
qui mercedē tibi dant.Non erubeſcis mentiri.neq; redarguitionē formidas. Accuſationē vero iſtā
quā nō reip.grā.ſed vt alexandro me oſtēdam introduxiſſe dicis.ego viuēte adhuc philippo eam ſū
ſcæpi.anteq; alexander in regno conſtitutus eſſet.nōdū Pauſaniæ ſomnio a te viſo.neq; te ad Miner
uam & Iouem p noctē locuto.Quō igitur ego cauſam hāc introduxiſſem. vt alexandro me oſtēde-
rem.niſi forte eadem ſomnia ego & demoſth.vidiſſemus.Quod autē non continue. ſed interdū ad
remp.acceſſerim.cauſa ē non obſcura.In ciuitate em̄.quā potentes aliqui occupāt.nō is qui vult.ſed
is qui potens eſt accuſat.In libera aūt ciuitate is qui vult.& qn̄ ſibi videt̄.Quinetiam intermiſſio ad
populū dicendi ſignum ē viri.qui tempus & vtilitatē reip. conſideret & obſeruet. Nullam autē diē
intermitterē.ſignum ē hominis cūcta ꝓ mercede loquentis atq; agentis .Quod autē dictitas te nūq̄
accuſatū a me fuiſſe aut auditores obliuios putas aut teipm̄ decipis. Nam ſacrilegia q̄dem p amphi
ſeis ac Euboiæ corruptelas.quia tempā longe tranſierunt.p que a me redargutus fuiſti fortaſſe ſpe-
ras populū non meminiſſe.ſed tuas circa rem naualē rapinas . quod vnq; tempus obſcurate valebit.
qum tu lege lata de tercētis nauibus ſperaſti athenienſem populū vniuerſe claſſi te p̄fecturū.At ego
oſtendit te ſexagintaquinq; nauiū velociū p̄fectos ſuſtuliſſe. ac plus meminiſſe rem naualē. q̄ qum
athenienſes apud Naxum nauali p̄lio lacædemonios & vrbē vicerunt.Sic aūt tibi p alienas calūnias
prouidiſti.vt non audaciæ tuæ.ſed illis qui contra obuiarēt piculum immineret. Multum quidē ale-
xandrum.multum vero philippum in calūniis ferens.& quoſdam ciuitatis tempora impedire accu-
ſans.ſemper p̄ſentia corrumpēs.ac futura promittēs.tandem qum diem tibi dicturus eſſem dep̄hen
ſionem Anaxini qui merces olympiadi emebat.reperiſti.ac cum dep̄hēſum.& tuis manibus ad tor
menta poſitum morte ipm̄ tua ſententia condemnaſti.apud quem nuper in horreo māſeras. ac ex ea
dem menſa cibum potumq; aſſumpſeras.dexteramq; illi inieceras.hoſpitem & amicū effeceras.eum
poſtea occidiſti de quibus rebus in conſpectu populi a me conuictus.ac hoſpiticida vocatus.non fa
ctum negaſti.ſed reſpondiſti te ciuitatis ſales pluris feciſſe.q̄ hoſpitis menſam. ſuper quo reſponſo
ciues.pegriniq; qui in concione aderant reclamarūt.Taceo falſas epiſtolas.captos ſpeculatores.tor
menta falſis de cauſis inflicta.qum me & quoſdam alios nouas res in vrbe moliri falſo criminaba-
ris.deinde a me quæſiturus eſt.vt audio.qualis foret medicus.qui egrotanti nihil conſulat.mortuo
autem eo.narret ad ꝓximos quæ ſi feciſſet.ſanitatē recupaſſet.A te autem nō quæris.qualis eēt po-
puli ductor.qui populo quidem adularetur.tempora autem in quibus ſeruari reſp. valebat. quam-
obrem tunc ipm̄ errare non ꝓhibuerunt.neq; accuſauerunt.Reſpondebitur vero tandem quia poſt
cōmiſſam pugnam occupati in legatōnibus ꝓ reip.ſalute ocium non habuimus ad te puniēdū. Sed
qum non ſufficit tibi pœnam non dediſſe.verum inſuper donā poſtules. ac in deriſionem grecorū
ciuitatem ponis.in hoc ſurrexi.ac nomen detuli.Audio inſuper demoſthenem(quod per deos gra
uate dicam)vocem meam ſirenibus compare velle.Etenim vt ab illis non mulcētur homines. ſed p
dunt̄.ex quo fit vt earum muſica nō adametur.Sic dicendi facultatē meam fuiſſe ad calamitatē.audi
entiū dicet.Atqui ego memini conueuire puto vt de me hmōi ſimilitudine abutatur.ꝙ ſicui conue-
niret hic ſermo certe non demoſtheni.Hoc.n.dicendū eſſet a viro forti ac rei militaris pito.qui mul-
ta pro rep.geſſiſſet que ipē dicere ac verbis oñdere neſciret.& ob hoc aduerſarioꝝ naturā miraretur
ꝙ ſibi cōſcius eſſet impotētiæ in dicēdo ſuæ.Accuſatorē aūt videret ea facūdia p̄ditū. vt nō ſolū res
a ſe geſtas añ oculos audientiū poneret.veꝝetiā ea q̄ nunq̄ geſſiſſet.At qum vir totus ex verbis cō
pactus atq; his vehemētibus & ſupflue laboratis ſimplicitatem ſimulet: quis ferre poſſit: cuius gu-
lam ſiquis auferat inſtar fiſtulaꝝ nihil reliquū erit.Miror equidem o viri athenięſes & audire cupio:

quonā reſpectu reum abſolueritis? vtꝝ qa decretū legitime ſcriptū ē? At nullū vnq̄ magis cōtra leges fuit. An ꝙ auctor eius decreti pœnam nō meret? At non ſunt apud vos moꝝ cenſuræ. ſi hūc impune dimittatis. Illud vero nō moleſtū. ꝙ prius implebat̄ orcheſtra aureis coronis. quibus pplꝰ coronabat̄. ꝙ externis coronis hæc dices aſſignata ē. Ex demoſth. vero actionibus vos coronis & preconiis caretis hic aūt habebit? Et ſiquis poeta faceret Therſitē a græcis coronari. nullus veſtrū iderет. quia ignauus & calūniator fuiſſe dr̄. Ipi aūt qum hunc virum coronabitis. non putatis opinione ac ſententia grecoꝝ exſibilari? Maiores noſtri p̄clara ac ſplendida facta pplō tribuebāt indigna vero atq̧ abiecta in oratores malos referebāt. Cteſiphon aūt cenſet infamiā a demoſthe. oblatā pplō tribuendam. Predicatis vos fortunatos eſſe. vt certe eſtis. deinde vobis fortunā defuiſſe. demoſthenē vero bn̄ conſuluiſſe decernetis. Et qd̄ ē oīm abſurdiſſimū de largitione condēnatos infames eſſe ſtatuiſtis. quē vero ꝓ mercede in rep. cūcta geſſiſſe nouiſtis coronabitis? Iudices qui nō recte choreas dioniſii iudicāt. mulctatis. vos aute iudices nō circuloꝝ & choreaꝝ theatraliū ſed legū & ciuilis virtutis conſtituti dona ſm̄ leges. neq̧ paucis & dignis. ſed procuranti conceditis. Deinde exiit ex iudicio iudex. qum ſe quidē ipſum imbecillē: oratorē vero potentē ſua ſententia effecerit. Ciuis. n. priuatus in libera ciuitate lege & calculo regnat. quos ſi alteri concedat. ſuam ipe potentiā diſſoluit. Inſup iudicii plurium ipſum ſequit̄. ac ſtimulat. gr̄a vero incerta eſt. nam calculus ſecreto reddit̄. Videmini aūt mihi o viri atheniēſes & fœliciter euaſiſſe. & in piculum veniſſe paꝝ conſulte. Nā ꝙ multi paucis nimiā potentiā cōceſſiſtis nō laudo. Qd̄ aūt non fuit ætate vr̄a maloꝝ atq̧ audaciū viroꝝ ferocitas: hæc ego fœlicitati vr̄e aſcribo. Supioribus. n. tpibus talia reſp. ingenia ptulit. q̄ pfacile potentiā populi p hūc modū ſuſtulerūt. Gaudebat. n. ppl's adulationibus. Itaq̧ poſteat euenit. vt nō illi quos populus formidabat. ſed illi ipi quibus ſeſe crediderat. eum euerteret. Tales quippe aliqui ex triginta tyrannis fuerūt q plures q̄ mille & quingētos ciues indēnatos necauerūt. Neq̧ pmittebāt neceſſarios defunctoꝝ funeribus adeſſe. Nō igit̄ ſub vobis eos qui in rep. verſant̄ cōtinebitis. nō ſuperbos humiliabitis. atq̧ deiicietis. Nō memineritis nullū vnq̄ prius euertere libertatē aggreſſum fuiſſe. quā ipe in ciuitate plus poſſet. quā leges ac iudicia. Libēter eqdē o viri atheniēſes in cōſpectu nr̄o cū reo diſcutere ob q̄ bn̄ficia demoſth. putat coronā mereri. Si. n. dices vn̄ principiū decreti tui feciſti. ꝙ muros & agros bn̄ muniuit. valde equidē admiror: Nā cauſam fuiſſe vt iſtis indigeremus plus reprehenſionis hr̄et. quā illa laudis. Non. n. decet ciuē dona petere. ꝙ vallū aut foſſam aut muꝝ effecerit. ſed ꝙ alicuius boni cā fuerit reip. Si vero ibis ad ſecundā tui decreti ptem in qua ſcribere auſus es. ꝙ vir bonus. & optima pplō atheniēſi dicere opa ac facere pſeuerat ſublata. iactatōe & adulatōe verboꝝ opa ipſa tange. Onde nobis quid dicas. Amphiſeos & Euboiæ corruptellas omitto. Thebanæ ſocietatis cauſam demoſt. attribuis. in quo ignaros quidē decipis. ſciētes vero & ſentiētes angis. Taces. n. occaſionē & tēpus p q̄ illa ſocietas inita ē. ac ciuitatis dignitatem Demoſtheni aſcribis. Qualis vero ſit hæc tua iactatio ego vno exemplo docere conabor. Perſaꝝ rex nō multo tpe an̄ tranſitum alexandri in aſiā. pplō athenienſi epl̄am miſit. barbarā nimiū ac ſupbam. in qua & alia multa indocte ruditerq̧ diſſeruit. & in fine ita ſcripſit. Ego vobis auꝝ nō dabo. nō me petatis. nō. n. habebitis. Hic tn̄ idem magnns nunc piculis circūuentus. nō petentibus vobis. ſed ſponte ſua tricenta talēta populo miſit. q̄ vos merito accipe noluiſtis. Ferebat autē vobis auꝝ illud tēpus. & metus & indigentia ſocietatis. Hæc ipſa thebanā ſocietatē induxerūt. Tu demoſth. nomē thebanoꝝ & infœliciſſimam illā ſocietatē auribus nr̄is ſemp inculcas. Talenta vero ſeptuaginta ſubtices. q̄ ex regio auro p ceptā nō reddidiſti. Nōne defectu pecuniaꝝ ꝙ qnq̧ taleta illis tradita nō ſunt milites conducti arcē thebanis nō tradiderūt. Non p nouē talenta res archadiæ infecta remanſit. ppl's iam egreſſis. ac ducibus iam auxilium ferre paratis. At tu locuples factus es. & cupiditatibus tuis indulges. Et vt ſummatim dicam. auꝝ regiū apud te remāſit. picula vero apud nos. Dignū ē etiam viri athenienſes iſtoꝝ ignorantiā conſpicere. Si. n. audebit Cteſiphon demoſth. in defenſionē adducere. At ipſe aſſurgēs ſeipſum laudabit. grauius erit hoc audire. quā opa ipſa quæ fecit ſuſtinuiſſe. Qum. n. viros ſtrenuos quos multa & preclara geſſiſſe conſtat. ſeipſos laudantes nō feramus. quis tandē hoiem qui dedecus ciuitatis fuerit. ſi ſeipſum laudet audire ſuſtinebit. Tu itaq̧ ſi ſapis ab impudentiſſima re abſtinēbis. ac p teipſum o Cteſiphō rn̄debis. Non. n. dicere vtiq̧ potes te facultatem dicēdi non hr̄e. Eſſet quippe abſurdū. ſi nup ad Cleopatrā philippi filiā ad cōdolēdū ꝓ interitu alexandri. Moloſoꝝ regis legatus ire ſuſcepiſti. nūc aūt dicēdi facultatē hr̄e te negabis. An alienā mulierē viduā cōſolari potes [illegible] ipſum in iudicio defendere nō potes? Vel talis ē. quē coronam dū cenſuiſti. vt nullo dicēte ab his quibus ille bn̄fecit nō cognoſcat̄. Quære a iudicibus ſi cognouerūt Chabriā & Iphicratē. & Tymotheū & cognoſce ab eis quare dona illis nō dederūt ſtatuas poſuerūt. Oēs tibi rn̄debunt. Chabriæ pp nauale pugnā circa naxum. Iphicrati ꝙ forte lacedæmonioꝝ pemit. Timotheo ꝙ circa Coricam nauigauit. & ob alia multa. q̄ ipſoꝝ quiſq̧ in bello geſſerat. Demoſt. aūt ſiquis petat quare nō dabitis? quia largitōnibus corrupt⁹ quia timidus & ignauus. quia aciē deſeruit. Vtrū hūc honorabitis an vos ipſos inhonorabitis? ac eos ſil' qui pvobis in acie ceciderunt quos putetis intueri mœſtos ac ac moleſte ferentes ſi iſte coronabit̄. Etenī graue eſſet o viri Athenieſes ſi ligna & lapides & ferrum res multas & ſenſu carētes. ſi caſu quē occiderint. exterminamus. ac ſi quis necauerit ſeipſum manū quæ hoc pegit. abſcindimus & ſepatim a corpe ſepelim⁹. Demoſth. vero qui exiciabilis exit⁹ auctor fuit. & poſtea milites ꝑdidit honorabitis. Nō cōtumelia afficient̄ defuncti. viuētes aūt ſpem omnē amittēt cernētes premiū virtutis mortē eē mēoriā vero eos deficere. Qd̄ ſi qrāt a vobis iuniores ad

qđ exemplū eoꝵ vitā dirigere oporteat.qd illis rňdebitis.Scitis em̄ qa neqꝫ paleſtræ.neqꝫ ſcholæ.ne
qꝫ muſica ſolū inſtruūt iuuenes.ſed multo magis publica pconia.Pronūciať i theatro quis coronari
utis gr̄a.hō corruptæ vitæ & ſordidæ.Iuuenis hæc aſpiciēs corrūpiť. Pœnā dedit iprobus leno.
vt Cteſiphō ē alii emendātur.Cōtra honeſtatē & iuſticiā quis decreuit.deinde domū reuerſus filiū
monet.Ille merito nō audit.Sed hæc monitio iuſte moleſtia appellari pōt. Vt ğ non ſolū iudices.ſed
contēplatores haꝵ reꝵ.ſic ſniam feratis.vt ſniæ vr̄æ rōem ciuib⁹ vr̄is qum illa repetēt.reddere poſſi
tis.Scitis.n.o viri athenieē.talē videri ciuitatē qlis ē qui pnūciať Eſt āt turpiſſimū vos nō maioribus
vr̄is.ſed demoſt.timiditati ignauieqꝫ ſilēs vellē videri. Quō igiť hāc infamiā quis aufugiat. ſi hoies
ſuſpectis moribus & hūanis verbis caueatis.Nā bonitas & pplare nomē in medio iacet.ad ea cōfu
giūt quidā verbis.qui factis lōge abſunt.Qum ğ repiatis oratorē externaꝵ coronaꝵ. & preconioꝵ.
cupidū.pbatōes verboꝵ ex vita & morib⁹ ei⁹ exigatis.Cui hæc nō atteſtāť.nō pbāť eius laudes.Et
libertatis curā hētis.qui iam abiit a vobis.An nō graue vobis eē vr̄.ꝙ iudicia & pplus cōtemnitur.
Eplæ atqꝫ legatōes in priuatas domos veniūt.nō ab hoc vel illo hoie.ſed a principibus aſiæ atqꝫ eu
ropæ.Et qꝵ reꝵ mors ē pœna ex legib⁹ cōſtituta:has quidā nō negāt facere. ſed in cōſpectu ppli fa
tētur.ac epiſtolas iter legūt.Alii vt eos itueami velut cuſtodes libertrtis vr̄e iubent. Alii dona poſtu
lant.vt prīe ſeruatores.Populus āt abiectus & qſi cōfectus ſenio.ac delirus nomē dumtaxat liberta
tis retinet.Facta vero aliis cōceſſit.Poſtea hītis ex concionib⁹ nō conſiliis a vobis traditis. ſed tanqꝫ
reliquis reip.diuiſis. id eſſe verū inde coğſcere poteſtis.Fuit quidā(doleo equidē tam ſæpe calami
tates vr̄as comemorans)Fuit vir quidā plæbeius q nauigare in ſamū qum vellet.tanqꝫ pditor prīæ
cōprehenſus a cōcilio Ariopagi morte dānatus ē.Alter quidā plæbeius ex Rhodo reuerſus. quia n̄
conſtanter metū ferebat.in iudiciū vocatus pares ſentētias excæpit.qrū ſi vna defuiſſet. aut mortem
aut exiliū erat ſibi ſubeundū.Apponamus qđ nunc fit.Orator oim malorū cā.aciem in caſtris deſe
ruit.aufugit ex vrbe.hic poſtulat ſe corona donari ac pnūciari in theatro nō reiicietis hominē tanqꝫ
cōem græcorum calamitatē vel dep̄henſum tanqꝫ piratam ſub noie reip.nauigātem pœnis afficiētis.
Non tempus conſiderabitis in quo ſententiā fertis. propediem futura ſunt appollinis ſacra & græ
corum conuentus.Eſt autem calūnia contra ciuitatem noſtram per hæc tempora ex Demoſthe.actio
nibus iuducta:Si hunc coronabitis.conſentire videbimini pacis tranſgreſſoribus .Si cōtra facietis
populum excuſabitis.Non ergo vt pro aliena.ſed pro re veſtra cōſulite.nec honores diuidatis .ſed
iudicetis & in preſtantiores viros conferatis. Nec ſolum corporibus: ſed oculis voſipſos inſpicia
tis.Conſiderate demoſthenis fautores.vtrum ſunt venationū.aut palæſtrarum in adoleſcentia ſocii.
At per Iouem non apros venatus ē.neqꝫ corporis habitudinem exercuit.ſed artes meditatus ē con
tra pecuniarū poſſeſſores.Vanam inſuper eius arrogantiā intelligatis qum dicet ſe legatum ex ma
nibus philippi biſantiū abſtuliſſe.Acarnanas ad defectionē concitaſſe.Thebanos dicendo cōteruiſ
ſe.Putat em̄ vos ita faciles vt credatis non calūniatorē. ſed ſuadelā in ciuitate aluiſſe. Qum vero in
fine orōnis ſocios corruptelarū aduocabit.putetis intueri in hoc ſuggeſto. in quo nunc ſiſto. viros
ampliſſimos.quorum maxima beneficia in populum extant.contra illorum ſcelus reſſidentes.Solo
nem cum ſuis pulcerrimis legibus virum philoſophum.& legiferum optimum gratuite (vt ſibi cō
uenit)vos rogantem.ne demoſthenis verba pluris faciatis.qꝫ iuſiurādum & leges. Ariſtidem illum
iuſtum.qui tributum græcis ordinauit. cuius defuncti filiæ a populo nuptæ ſunt. mœſtum & ſeipm
afflictantem ob iuſticiæ repuſam ac a nobis querentem.an non erubeſcatis ſi maiores veſtri Artini
um Selitem. qui aurum ex medis huc tulit. qum eſſet huius ciuitatis hoſpes exilio mulctauerunt.
& quaſi necauerunt.Vos autem demoſthenem non ferentem aurum ex medis:ſed ex largitionibus
eorum habentem.aurea corona donaturi eſtis.Themiſtoclem & eos qui in maratone ceciderunt. &
qui in plateis.& ipſa maiorum ſepulcra non putatis gemiſcere.ſi hic qui cum barbaris cōtra græcos
ſenſiſſe fateť coronabiť Ego quidem ergo o terra.& ſol & virtus.& intelligentia.& doctrina p quā
honeſta & turpia dignoſcimus.auxiliatus ſum & dixi. Si bn̄ ac p dignitate facinoris accuſaui. dixi.
vt volui.Si minus.vt potui. Vos autem ex dictis & omiſſis iuſte p rep.decernatis.

Aeſchinis in Cteſiphontem oratio explicit.

Aduerſus philippū macedōiæ regē.græcie dn̄atū ſibi vindicātē reſtiterūt athenieē.& p ſua
atqꝫ cōi græcoꝵ libertate cōplures ānos pugnauerť.Demū tn̄ & ipi ſupati ſunt.& reliqua ois
græcia i philippi ptātē cōceſſit.Subactis itaqꝫ athenis potētia qdē demoſt. ꝙ ipe imprimis
auctore philippo reſiſtendi fuerat ceſſauit. gr̄a tn̄ ac beniuolentia ei⁹ apud ciues ſuos non
ceſſauit.ſed in quātācunqꝫ ſubacta ciuitate & in reliquis ipſis reip.q̄ cūqꝫ agenda erāt. ea ferme oīa p
demoſth.gerebāť.Creat⁹ ergo ad repanda mœnia curator.magnā eius opis ptē ex ſuo p̄rimonio p
fecit ob quā liberalitatē motus Cteſiphon ad populū tulit vt demoſt. ob preſtātem aīm & egrægiā
voluntatem per quam & beneficia olim reip.multa contulerat. & conferre paratus erat virtutis gr̄a
corona aurea donareť.celebrareturqꝫ eius coronatio in theatro. Hunc demoſthenis honorem indi
gne ferens Aeſchines Cteſiphontem accuſauit ꝙ is contra leges huiuſmodi honorem decreuiſ
ſet.Primo quia nulla eſſent Demoſthenis merita in rēp.ſed cōtra pernicies & clades.qum auctor &
cā fuerit maloꝵ oim.q̄ p id tp̄s athenieēſes ptulerāt.Deide quia leges eū qui publice qđ admiſtraſſet.
ornari vetarent priuſqꝫ ratōem admiſtratorū reddiderit.fuiſſe autem demoſthenem publico muro
rum operi p̄fectum.nec rōne ad illam diem reddidiſſe.Tercio quia in theatro coronationē celebrari

leges ꝓhiberent hæc erant accuſationis capita demoſt. Cteſiphontẽ defendit. vera de ſe ſcripſiſſe ꝓ
hac. criminibus rñdet. laſceſcentẽq; accuſatu ſatorem ꝓ maledictis vlciſcit̃. in his tota conſiſtit oratio.
quam ſi trite & accurate leges nihil ornatius. nihil elegantius. nihil copioſius te vnq; legiſſe. aut au-
diſſe confiteberis.

Rimũ quidem viri Athenienſes. deos atq; deas omnis p̃cor. vt quantũ beniuolentiæ ip
ſemp habui. & erga hanc vrbem. & erga vos. tm̃ mihi nũc a vobis præſtet̃ in p̃nti certam
Deinde vt quod maxime in re veſtra futuꝝ ſit. & ꝓ veſtra pietate atq; gloria. id vobis dii i
animo ponant. Nõ aũt vt inimico meo parcatis. quemadmodũ me audire oporteat admo
nenti. nam acerbũ quidẽ id eſſet. ſed legibus atq; iureiurando. in quo p̃ cæteris multis. hoc quoq; iu-
ſtiſſime ſcriptũ ẽ: vt ambos ꝑiter audire debeatis. Id autem eſt non ſolum nihil ex p̃ſumptione cõtra
quemquã iudicare. nec parẽ beniuolentiã vtriſq; impartiri. veꝝ vt quẽ ordinẽ & quod genus defen
ſionis quiſq; decerrantiũ elegerit. eo vos ſuo arbitrio vti ꝑmittatis. Multa ſunt igit̃ in quibus ego
deriori loco ſum. q̃ aeſchines in hac cã. ſed præcipue duo eaq; permagna. Primũ ꝙ non de æquali
re nobis certamẽ eſt. neq; em̃ eſt par nũc mihi veſtra beniuolentia priuari. & huic in hac ſua accuſatõ-
ne non obtinere. Sed mihi q̃dem nolo autem quicq; triſte dicere in principio oronis meæ. Hic vero
ex ſupabundantia quadã ad accuſandũ accedit. Scdm ꝙ hominibus cũctis natura ineſt. vt crimina ac
maledicta in alios libenter audiant. eos vero qui ſe laudant ꝑmoleſte ferãt. Horũ itaq; q̃d voluptatẽ
quãdam in ſe habere videtur penes hunc eſt. quod aũt vniuerſos (vt ita dicam) conturbat id mihi re
linquit̃. Et ſi hoc cauẽs. ea quæ a me geſta ſunt reticebo. nihil habere videor. quod accuſatori reſpõ-
dere queam. ne quas ob res me honore dignum oſtendere. Sin autem ea referam. ſæpe mihi de me
ip̃o dicam neceſſe eſt. Conabor vero quã modeſte id facere. Quod autem res ip̃a ac neceſſitas cogit.
huic merito imputare debebitis. qui hm̃oi cauſam introduxit. Reor equidem iudices vos plane con
fiteri cõmunẽ eſſe mihi hanc cauſam cum Cteſiphonte. nec minoris omino curæ mihi eſſe debere.
Nam omnibus quidẽ ſpoliari durum ẽ. atq; acerbum. maxime autem ſi ab inimico hoc fiat: p̃ſertim
vero beninolentia atq; charitate veſtra. cuius potiri permaximum eſt. Cum eiuſmodi igitur cauſa ſit.
vos oro atq; obſecro iudices. vt me accuſatori reſpondentem quemadmodum leges p̃cipiũt. audia
tis. q̃s is q̃ a pricipio illas cõdidit Solon vir ſtudioſus vr̃i. maxiẽq; ppl'aris nõ ſolũ ꝓmulgatiõe atq;
ſcriptura firmãdas eſſe cenſuit. veꝝ etiã iureiurãdo eoꝝ q̃ iudicaturi forẽt. Non q̃a arbitraret̃ vobis
fidẽ deeſſe. ſed q̃a crimia ac calũnias ab eo q̃ peiori loco dicit aſſertas nullo mõ reus effugere poſſet.
niſi q̃libet veſtrum indices religionẽ erga deos cõſeruans. eũ qui poſtremo loco. dicit beniuole au-
diat. atq; ita ſe æquũ cõmunẽq; vtriſq; p̃bens ſummã totius rei diligenter inſpiciat. quñ aũt & toti9
priuate vite & eoꝝ q̃ in rep. geſſi rõ (vt dixi videt̃) hodierno die a me reddẽda ſit volo quemadmo
dum a principio feci. ita nũc rurſus deos inuocare. & in p̃ntia veſtra præcor. Primũ vt quãtũ beniuo
lentiæ ſp habui erga hãc vrbem. & erga vos omẽs. tm̃ nũc mihi a vobis in hac cã p̃ſtet̃. Deinde vt q̃d
vobis ꝓfuturũ ſit. & ad gloriã cõiter oibus. & ad religionẽ ſingulis vr̃m. hoc dii vt decernatis effici-
ant. Si igit̃ ea dũtaxat q̃ accuſatorio iure p̃ſeq̃bat̃. accuſauiſſet aeſchines. ego etiã ad ea ipſa ſingula-
tim rñdiſſem. Veꝝ quũ ip̃e nõ pauciora verba in aliis rebus cõſumpſerit. multaq; cõtra me mẽtitus
ſit. iuſtũ ſil' ac neceſſariũ eẽ arbitror. pauca de his p̃mittere. ne forte q̃s veꝝ illius verbis ſeductus. ea
q̃ ip̃e dicã paꝝ beniuole ſuſcipiat. At ea igit̃ q̃ in priuatã vitã meã cõtumelioſe iactauit. videte q̃ pla-
niſſime iuſteq; rñdeam. Si vos me talẽ eſſe cognoſcitis. qualem ip̃e affirmat (Neq;. n. alibi ego vixi.
quã apud vos) nulla ſit mora. etiã ſi remp. pluſq; optime geſſerim. quominus me vr̃is ſentẽtiis cõci-
datis. Sin aũt m̃lto meliorẽ quã iuſtũ. ac ex melioribꝰ ortũ. & vt nihil modeſtiꝰ dicã. mediocribꝰ ciui-
bus. me ac meos nihil deteriores eẽ putatis. atq; cognoſcitis. huic ne i aliis q̃dẽ fidẽ adhibete. Conſtãt
em̃ ip̃m oia eodẽ mõ eẽ mentitũ. Mihi vero quã oi tp̃e beniuolẽtiã i multis certamibꝰ p̃ſtitis eandem
nũc p̃ſtetis. Tu flagitioſe aeſchiẽs ſtulte nimiũ putaſti. me iis q̃ in rep. geſſerim relictis ad tua maledi
cta totũ cõuerti. Non faciam certe id. non ita tu meo. Sed publica prius perſcrutabor. que tu falſo ca
lũniatus es. de maledictis autẽ tuis impudentiſſimis. ſi iſtis placebit. poſtea dicemꝰ. Crimia igit̃ m̃lta
ſunt & grauia. & quoꝝ pleraq; leges magnis atq; vltimis vindicãt pœnis. Hæc aũt accuſatio eiuſmo
di ẽ. vt aduerſarii cõtumeliã. ꝓcacitatẽ. petulantiã. atq; eiuſmodi ſil' oia cõtineat. Hoꝝ tñ ſi maxie ve-
ra ſunt. nõ liceat reip. dignã pœnã accip̃e. Nõ. n. decet auferri ius ppl'm adeũdi. nec in odii ac maliuo
lentiæ loco iſtud ponere. Nõ. n. rectũ nec iuſtũ nec ciuile ẽ fieri athenieſes. Sed ſi ita peſtifere in rep.
uerſatus ſum. vt iſte nũc damitabat. legitimas pœnas aſcribere debuit. ſi delatõe digna feciſſe me co
gnouerat. deferendo. ſi aliq̃d cõtra leges decreuiſſe. de hoc ip̃o crimine accuſando. & hoc mõ in iudi
ciũ me ipſum vocare. Neq;. n. Cteſiphõtẽ accuſare debuit ꝓ me. Me ãt ſi accuſare poſſe arbitraret̃
illũ nũq; i iudiciũ vocaſſet. Atq ſiquid ex his q̃ nũc tot verbis narrabat. me feciſſe itelligebat. i oibus
quidẽ iudicia ſunt atq; leges. q̃ magnas ac ꝓprias ſtatuunt pœnas. q̃ꝝ oim poſtulare me reũ poterat.
q̃d ſi faceret. ñ occulta eẽt aduerſus me accuſatio. Nũc autẽ recta atq; legitima via relicta. & iuxta res
ip̃as examẽ de induſtria vitato. tot iam elapſis temporibus cõuicia & iurgia colligẽs. me quidẽ ac-
cuſat. hũc aũt ſentẽtiis iudicũ ſubiicit. & qum in tota hac cauſa inimiciciã meam præ ſe ferat. mihi tñ
ip̃ſi obuiare ñ vult. ſed aliũ q̃rit. quẽ pœna afficiat. Profecto iudices p̃ter cætera. q̃ quis ꝓ Cteſiphõ
te dicere põt. hoc in primis attẽdendũ ẽ. ꝙ inimiciciæ nr̃æ par fuerat. ip̃os inter nos ꝑiculũ facere. nõ
aũt omiſſa inter nos cõtentione aliũ q̃rere quem malo afficeremus. Ex his igitur quæ dicta ſunt faci
liter intelligi poteſt. vniuerſa hæc crimina nec iuſte. nec vere conſiſtere. Volo autem ſingulatim ad

vnū quodq; eorum reſpondere. maximeq; ad illa quæ de pace ac legatione mentitus eſt. quæ ipſe
cum philocrate patratus eſt. mihi aſcribens. Eſt vero neceſſe viri athenienſes. qui tūc eſſet rerum ſta
tus memorare. vt ad conditionē temporis cuncta referatis. Phocenſibus aduerſus Thebanos bellū
gerentibus. non me quidem auctore. nondum enim eīn tunc in rep. verſabar. vos athenienſes ſic era
tis animati. vt Phocenſium quidem rebus. q̄uis iniuſte pugnantium ſtuderetis. Thebanorum aūtē
quib. ſcūq; aduerſis lætaremini. Nec vos immerito id facere videbamini. nā victoria q̄ in Leuctris
potiti erant non modeſte vtebantur. Peloponneſus vero omnis diuiſa erat. nec ii qui Lacædemoni
os oderant. ita valebant vt eos euertere poſſent. nec qui antea propter illos potentes fuerant. domi
nabantur. ſed erat apud hos atq; cæteros omnes dubium quoddam & ambiguum certamē. Hæc au
tem attendēs philippus (neq; enim erant obſcura) ſingularum ciuitatum proditoribus pecunia cor
ruptis adinuicem eos collidebat omnes conturbabat. ac deinde ipē paratus hoc obſeruans in turba
tionibus atq; calamitatibus aliorū ſemper ipē ſuboriebatur. Vt vero longitudine belli afflictos. tūc
quidem ſuperbos. nunc autem miſeros thebanos. manifeſtum erat ad nos cōfugituros eſſe. ne hoc
fieret. neue hæ duæ ciuitates iūgerentur nobis pacem. thebanis auxilium philippus pollicet̄. Quid
ergo illi ſuffragatū ē ad nos ſponte fere noſtros decipiendos? Ceterorum grecorū ſiue oportet ma
liciam ſiue ignauiam ſiue vtrūq; ſimul dicere. qui longum ac graue bellum gerentibus vobis. idq; ꝓ
vtilitate comuni. vt omnes intelligebant facientibus. neq; milites neq; pecuniam neq; vllum omino
auxilium preſtiterant. quibus vos merito infenſi. pacem philippo non inuiti conceſſiſtis. Fuit igit̄
pax tunc conceſſa iſtis de cauſis non auctore quidem me (vt iſte narrauit) ſed horum dona atq; cor
ruptelas in ipſa pace. ſi quis recte conſideraret. preſentium malorum cauſam eſſe comperiet. vt pau
lopoſt veriſſime oſtendam. Quod ſi maxime in facienda pace aliquid fraudis interueniſſe videatur
nihil certe ad me id attinet. Nam primus eius auctor fuit Ariſtodemus promptiſſime ſecutus eſt. &
ſeipm addixit Philocrates agnuſius. tuus o aeſchines ſodalis non meus nec ſi diſrūparis. id mētior
Fauerūt autem vobis (qua tandem de cauſa dicere omitto) Eubolus & Cteſiphon ego autē nequa
q̄. Verumtamen qum ita ſit. qūq; veritas horum ita pateat. in id impudentiæ proceſſit vt dicere au
deret. me præterq; ꝙ pacis faciende cum philippo auctor fuerim. etiam prohibuiſſe ciuitatē. quo mi
nus in cōmuni collegio græcorum foret. Deinde o. Quid autem ſi dixerit quiſpiam recte te appella
bit. an tu aliquo loco? qum me eiuſmodi ſocietatem tam oportunam impedientem videres. grauiter
tuliſti. aut nūq; conqueſtus es? aut quæ nūc accuſas. tunc oſtendiſti. Atqui ſi ego corruptus a philip
po hanc ſocietatem impediebam. tibi nō ſilere reliquū fuit. ſed clamare atq; atteſtari. & id ciuitati pa
lam facere. quod nūq; feciſti nec te vnq; dicentē de his rebus audiuit quiſquā. Nec vero tūc aberat
vlla legatio ad quemquā græcorum miſſa. ſed iampridem omēs redierant. nec in hoc quicquā ſince
ri narrauit. Et preterea aduerſus ciuitatem calūniam maximā inducit. falſam tamē. Nam ſi vno ac eo
dem tempore cæteros quidem græcos ad bellum prouocabatis. vos autem legatos veſtros pacis fir
mandæ gratia ad philippum mittebatis. Eurybatis id erat facinus. non ciuitatis. nec bonorum viro
rum Sed non eſt ita. non eſt. Nam quam ob cauſam in eo tempore vocauiſſetis ad pacem. At erat
omnibus ad bellum. At ipī de pace conſilium cœperatis. Ergo nec vt principio fieret pax. dux. aut
auctor fuiſſe reperior. nec cætera in quibus me calūniatus eſt. vera eē apparent. Poſt pacem vero cū
philippo factā. videte quid vterq; nīm ſibi ſumpſerit agendū. Ex hoc. n. intelligetis. qs fuerit philip
pi fautor ad omnia pficienda. & quis ꝓ vobis atq; cōmodis vr̄is omia gerebat. Ego igitur ſententia
mea tūc decreui. vt legati celeriter ad ea loca nauigarēt. in quibus philippū fore audiret. ac iuſiurādū
ab eo reciperent. Hi aūt nec quū me auctore decretū eſſet facere voluerūt. Quid vero id refert iudi
ces. ego oſtendā. philippo quidā cōducebat. quāplurimū tp̄is mediū fore anteq; iuſiurandū pſtaret̄.
nobis aūt vt quābreuiſſimū eſſet. Quāobrem. q̄a vos qdē nō ſolū exquo iurauiſſetis ſed exquo ſpa
uiſſetis pacē eſſe faciēdā oēm apparatū belli diſſoluiſtis. ille vero oī tpe hoc vel maxie captauit. putās
id qđ erat veriſſimū quæcūq; ex noſtris cæpiſſet. priuſq; iuſiurandū preſtaret. ea omnia ſe eſſe reten
turum. nec ob id pacem violatā dici poſſe. Qđ ego pſpiciens atq; conſiderans ſentētia mea decreui
vt legati ad philippū celeriter nauigātes iuſiurandū acciperēt. vt hn̄tibus ſociis nr̄is Thraciæ loca q̄
iſte nunc ſubtraxit. Serriū videlicet & Myrgiū & Ergyſcā. iuſiurandū recipet̄: nec anticiparet ille i lo
cis maxime oportunis ad bellum gerendū occupandis. neue inde pecuniarū ac militū copiā nāciſce
ret̄ ad cætera euertēda. Sed hæc nō memorat aeſchines. nec decretū hoc recitat. Si vero legatos Phi
lippi recipiendos cenſui hoc repħendit. Quid agere debui. an decernere ne recipent̄ ii q ea de cā ve
nerant vt nobiſcū loq̄rent̄. aut ne architectus locū eis in theatro daret. At ꝓ duobus nummis id ſibi
cōparaſſent ſi nō decreuiſſem. ea. ſ. quæ paruā vtilitatē reip. afferebāt curare me oportuit. vniuerſa ve
ro queādmodū iſti venalia habere. nequaquā. Recita igit̄ decretū hoc. qđ iſte ſciens prudēſq; præte
riit. DECRETVM: Hoc me tūc decernentē. & vtilitatē reip. nō philippi ſeq̄ntē. contenentes iſti bo
ni legati tres mēſes totos in macedonia deſiderūt quoad rediret philippus omibus in Thracia locis
p vim occupatis dū liceret eis a principio decē diebus. immo aūt tribus aut quatuor in Helleſpontū
profectis iuſiurandū accipere & loca illa ab omni periculo liberare. Neq; ei ea tetigiſſet preſentibus
nobis philippus. aut iuſiurandū nō recepiſſemus. Itaq; nec vtrūq; ſimul haberet & pacem & oppida
Prima igit̄ in ipā legatōne philippi quidē fraus. corruptela aūt peſſimoꝝ hoim hm̄ oī fuit. cuius gra
tia & tūc & nūc & ſp. me iſtis pfiteor inimicū. Aliud deiceps ēt mai⁹ & grauius facinus aiaduertite.

Poſtq̄ iuſiurādū ꝑſtitit philippus.amiſſa prius thracia iſtoꝝ culpa.qui meo decreto parere noluerūt
rurſus emit ab iſtis ne ante macedonia decedant quam exercitum contra Phoceſes parauiſſet: ne ea
re huc nūciata.& conſilio eius cognito. vos intra pylas nauigātes(vt prius feciſtis) aditum claude-
retis ſed audiretis ipm Pylas ingreſſum:qum iam nihil impedire valeretis. Verum quia timebat ne
pylis etiam occupatis anteq̄ phocenſes euerteret.auxilium mitteretis atq; ita res ipm fruſtraret̃.rur-
ſus iſtum mercede conducit.non iam vna cum cæteris.ſed ſepatim.vt ea vobis nunciaret.per q̄ oīa
periere. Obſecro viri athenienſes.vt in tota hac cauſa memineretis ꝙ ſi nihil vagatus fuiſſet Aeſchi
nes extra terminos accuſationis ſuæ.nec ego verbū de aliis rebus feciſſem.Sed cum maledictis ad-
uerſus me omnifariam ſit vſus.neceſſe eſt mihi quoq; ad vnūquodq; pauca reſpondere.Quæ igitur
fuerunt uerba quæ tūc ab iſto dicta omnia ſubuerterunt.non eſſe ob id trepidandum. quia philipp⁹
pylas intrauerit.Nam omnia euentura eſſe que cuperetis ſi quietem ageretis. Audituros enim duo
bus aut tribus diebus.quibus vt hoſtis venerit philippus eiſdem amicū factum.quibus vero vt ami
cus hoſtem.Non enim verba firmare amicicias inquit.ſed idem conferre.Conferre autem tam phi-
lippo quam phocenſibus quam vobis.vt inſolentia ac petulantia.Thebanorum comprimeret̃. hoc
multi læto animo audiuerunt.propter eam quæ tunc nobis erat cum Thebanis diſſenſio.Sed quid
paulopoſt euenit.Miſeri phocenſes deleti ſunt.eorumq; vrbes euerſæ. Vos autem hoc auctore atq;
ſuaſore quietem agentes.ex agris omnia reportare.& in tutum conferre neceſſitatem habuiſtis.hic
vero autem accæpit.& præterea inimicicia aduerſus thebanos nobis remāſit.gratiam vero horū fa-
ctornm philippus adeptus eſt. Vt autem ita fuiſſe videatis.recita mihi Caliſthenis decretnm.ac Phi-
lippi epiſtolam.Nam ex his duobus omnia erūt nobis manifeſta. Dic DECRETVM. An ad hoc
pacem feciſtis viri athenienſes.an hoc vobis mercennarius iſte nūciauit.Recita nūc epiſtolam.quam
poſtea Ppilippus huc ſcripſit.EPISTOLA.Audite q̄ manifeſte in hac epiſtola ſociis ſuis oſtēdit.
ſe hæc inuitis ac dolentibus vobis effeciſſe.Quamobrem ſi recte ſapiant thebani & thaſſali. hos ini-
micos putare debent.Mihi autem credere.quæ licet non iiſdem verbis ſcribat.eandem tamen habet
ſententiam.Itaq; ſic eos ſibi obnoxios fecit.vt nihil poſthac ſuſpitionis aduerſus eū ſuſciperent. ſed
ſeſe illi credere non veterentur.omiaq; eius fidei permittere.Ex quo factum eſt vt miſeri thebani in
præſentes inciderint calamitates.Hic vero qui fautor & adiutor fuit Philippi. qui falſa renūciando
vos decæpit.ipe nunc thebanorum calamitates deplorat.eorumq; exitū vt miſerabilem enarrat.quū
ipe thebanis & phocenſibus.& ceteris grecis cauſa fuerit malorum omnium.Te videlicet aeſchines
thebanorum angit caſus.eorumq; te miſeret.qui poſſeſſiones & bona habes. ipſorūq; agros colis.
Ego vero gaudeo qui confeſtim poſtulatus ſum ab eo qui iſta perfecit. Sed in eiuſmodi verba inci-
di.quæ paulopoſt fortaſſe magis cōuenient . Itaq; redeo ad id quod incœperam oſtendere. Horum
ſcelera atq; corruptelas preſentium malorum cauſam fuiſſe.Nam vobis per huiuſcemodi homines
qui in legationibus corrupti.nihil ſani renunciabāt.deceptis. Deceptis etiam miſeris Phocenſibus
eorumq; vrbibus euerſis.ſtatim factum eſt.vt deteſtabiles theſali.& amentes Thebani.amicum pa-
tronum.& bene de ſe meritum philippum nūcuparent.omniaq; in illo vno ponerent. nec vocem cu
iuſq; audirent.qui contra monere vellet. Vos autem hæc inſpicientes(q̄q̄ grauiter ferretis) pacem
nihilominus ſeruabatis.Soli enim nihil facere poſſe videbamini: Et cæteri græci eodem modo ipſi
quoq; decæpti.& ſpe illorum quæ crediderant deſtituti.pacem itidem libenter agebant iā antea quo
dammodo a philippo ſuperati.Nam qum Illyrios & triuallos. & nonnullos etiam græcoꝝ ſubegit
philippus.& ingentes copias ſibi parauit.& quidam ex ciuitatibus græciæ ſub pacis licentia illū ade
untes(quoꝝ iſte vnus fuit)corrūpebātur.tunc oēs contra quos iſta ꝑpabat.oppugnabantur.Qđ ſi
nō intelligebant.alius hic ē ſermo.nec ad me quidē attinet.Nam ego ꝑdixi & ꝓteſtatus ſum & apud
vos & apud omnes.ad quos legatus ſum miſſus.ſed ciuitates ipe variis morbis laborabant.Nā &
ii qui rēpu.gerebāt.pecunia erāt corrupti & priuati ac multitudines ꝑtim nō intelligebāt .ꝑtim quo
tidiana quiete facilitateq; allecti.quū hic eēt cōmunis morbus. nec tn̄ vllus putaret hoc malum ſibi
potiſſimū euēturum.ſed ceteroꝝ ꝑiculis ſua in tuto fore arbitrarētur tandē euenit vt populi ipſi ac
multitudines ꝓ breui quiete libertatē ꝑderent.Principes vero qum alios vendere putaret̃.ſe an oēs
venditos agnoſcerent nam pro hoſpitibus & amicis qui tūc noīabant̃ qum munera capiebāt.aſſen-
tatores & ſceleſti & cetera hmōi(quēadmodū decet)appellari ſe audiūt.Nemo.n.pecuniā dando ꝓ-
ditoris q̄rit vtilitatē.nec qum eaꝝ reꝝ quaꝝ gratia pecuniā tradebat potitus ē.in ceteris rebus agen-
dis ꝓditoris conſilio vtit̃(nihil.n.ꝓditore eēt fœlicius. ſed nō eſt ita.nō ē)At qum ille q dn̄ari quæ
rebat.rem perfecit.ipſius quoq; ꝓditoris dn̄s factus. ac improbitatē eius cognoſcens. illum odit ac
reiicit.Conſiderate em̄(nam & ſi reꝝ ipaꝝ tp̄s præteriit.intelligēdi tn̄ atq; cognoſcēdi ſemꝑ ē tp̄us ſa
pienti)Eouſq; Laſchenes amicus philippi vocabatur. donec Olynthum tradidit. Eouſq; timolaus.
donec thebas euertit.Eouſq; Eudicus & Simus Lariſei. quouſq; theſſaliam Philippo ſubiecerunt.
Sed poſtea expulſi atq; abiecti & ſummis incommodis affecti. vniuerſum orbem proditoribus im-
pleuerunt.Quid Ariſtratus in Sycione.Quid perilaus in Megaris.nōne & ipi eodem modo deſpe-
cti.Ex quo manifeſte intelligi poteſt.illum qui maxime patriam tuet̃ ſuam. & ſe iſtis plurimū oppo
nit.eū eſſe qui vobis aeſchines ꝓditoribus mercede corruptis preſtat accipiēdi pecuniā facultatē &
beneficio eoꝝ q veſtris cōſiliis aduerſant̃ ſalutē ſimul ac lucrum retinetis. Nam quantum in vobis
eſt:iamdudum periſſetis. Ac de his quæ tunc geſta ſunt (q̄q̄ multa præterea dicere poſſem) finem

facio: putās etiā plura q̄ ſatis eſt a me dicta fuiſſe. Cuius tñ rei iſte cā ē. q tanq̄ ſentinā aliquā viciorū ſuorum in me iupuerit. quæ neceſſe fuit iuniorum cauſa refelli. Nā vobis cæteris fortaſſe tedio fui quibus prius etiam quā vobis quicq̄ dicerem. nota fuerat huius mercennaria locatio. Quamquam ipſe quidem amiciciam & hoſpitalitatem ipam appellat. & nuper quodā loco ait. me hoſpitalitatem alexandri tanq̄ probrū ſibi obiicere. Ego tibi hoſpitalitatē alexandri. Vñ. aut quomodo illā cōſecuto: nec te philippi hoſpitem. nec alexandri amicum nūcuparem vnquam. non ita deſipio. Niſi forte meſſores ac cæteri oparii qui pecunia conducūtur. amici atq̄ hoſpites nūcupandi ſunt. Sed non eſt ita: non eſt. At te philippi primo & nūc alexandri mercennariū appello. nec ſolum ego ſed iſti omes de quo ſi forte dubitas interroga. Immo ipe ego id p te faciam. Vtrum vobis o viri atheniēſes vid tur. mercennarius an hoſpes alexandri eſſet aeſchines. Audis quid rñdent. volo igit iam ad ipam accuſationē pficiſci. & res a me geſtas memorare. vt licet ſciens aeſchines. audiat tñ. quenam illa ſint ob que is quæ nunc decreti mihi ſunt honores. ac etiā maioribus me dignū eſſe ducam. Recita mihi accuſationem ipam. ACCVSATIO. Hæc ſunt viri athenienſes. q accuſator pſequitur. Ego autē ab hocipſo arbitror manifeſtum vobis faciendū: me ad omnia iuſte reſponſurū eſſe. quod hūc ipum ſequens ſcripture ordinem. ad ſingula deinceps reſpōdebo. nec quicq̄ eorū ſponte mea prætereo. Qđ igitur ſcripſit me verbo & ope ſemp athenienſi populo profuiſſe paratūq̄ eē bñfacere: atq̄ ea de cauſa me eſſe laudandū. Hoꝝ examen in publicis rebus eſſe arbitror. His. n. diſcuſſis. vera ne an falſa ſint quæ. Cteſiphon de me ſcripſit. apparebit. Quod vero nō adiunxit. demum qum rationē publice adminiſtratorum reddiderim. tunc fore coronandum me q̄q̄ in theatro coronationem faciendam eſſe cenſuit. pertinere & hoc puto ad ea q in repu. geſſi. an dignus ſim corona. & theatrali præconio. nec ne. Leges etiam oſtendende videntur. per quas huic ea ſcribere licuerit. Per hunc equidē modum viri athenienſes iuſte atq̄ recte accuſatori reſpōdere ſtatui. Pergo itaq̄ ad illa quæ ipſe geſſi Nec tamen quiſq̄ putet me ab accuſatione ipſa ſermonem diſtrahere. ſi in res grecoꝝ incidero. Nā qui. eam proſequitur. in qua ſcriptum fuit me verbo & ope benefacere. is neceſſitatem mihi imponit huiuſmodi res a me geſtas referendi. Deinde qum multe ſint partes. & quaſi membra reipu. ego eā partem mihi aſſumpſi. que ad res grecorum pertinebat. quare ex eis ipſis pbationes me facere conuenit. Quæ igitur philippus anteq̄ ego ad rempublicam me conferrem occuparat. omitto. Nihil. n. id ad me ſpectare arbitror. Que vero ex quo die in hoc loco conſtitutus ſum. phibitus eſt. hæc ego referam & eorum rōnem reddam: hoc tamen præmiſſo. Magnum adiumentum viri athenienſes tēporum conditio philippo attulit. Non eñ apud hos vel illos. ſed p vniuerſam ſimul græciam: tanta proditorum ac malorum hominū copia hoc tempore fuit. quanta nemo vnq̄ prius recordat fuiſſe. quibus fautoribus & miniſtris vſus philippus. græcie populos iam ātea haud quaquam adinuicem pacatos nec tranquillos. etiam magis turbauit & hos decipiendo. illis donando. quoſdam vero penitus corrumpendo in multas partes diſcidit. qum vna cūctorum eſſet vtilitas. obſtare. ſ. ne ille magnus fieret. In hoc itaq̄ ſtatu rerum: atq̄ in hac ignoratione naſcentis atq̄ creſcentis grecorum oīm cladis conſiderandum a nobis eſt viri Athenienſes quid hæc ciuitas facere quidue eligere debuit ac huiuſce deliberationis a me ratio poſtulanda. Nam ego has partes reipu. mihi aſſumpſeram gerendas. Vtrum debeat Aeſchines dignitate ſua omiſſa. inſtar theſſalorum atq̄ dolopum philippo auxilium præſtare ad græciam ſubigendam: & ſic maiorum res geſtas gloriamq̄ perimere. an vero hoc quidem non facere. nam nimis id certe graue. ſed quæ ventura cernebat. ſi nemo phiberet hæc quali acunq̄ forent negligere. At equidem ab eo qui maxime conſilium tunc ſumptum repræhendit. libēter nunc peterem. cuius partis vellet hanc ciuitatem fuiſſe. Vtrum eius quæ philippo coniūcta præſentium malorum cauſa fuit: cuius partis theſſali & eorum complices dici poſſunt. An eius q̄ pprie commoditatis ſpe neglexit hæc euentura. in qua archades Meſſenios & argiuos poneremus. At horum pleriq̄ immo vero omnes grauiora quam vos perpeſſi ſunt. Etenim ſi ſimulatq̄ vicerat philippus. e veſtigio abiiſſet & poſtea quietem egiſſet. nulli nec ſociorum nec ceterorum moleſtus. tamen eſſet aduerſus eos qui ſe illi non oppoſuerunt. querela quedam atq̄ reprehenſio. Sin pariter omnibus dignitatem. imperium libertatem ademit. ciuitates etiā quātum potuit deſtruxiſſet. cur nō optimum a nobis conſilium ſumptum fuiſſe me auctore atq̄ adhortatore confitendum eſt. Sed illuc redeo: Quid hunc populum Aeſchines facere decuit. qum cerneret philippum. dominationem atq̄ tyrannidem ſibi in græcia comparantem. aut quid me ciuem & cōſultorem athenis. nam id quidē plurimum refert decernere. qui ſciebam ex omni tempore vſq̄ ad illam diem. in qua ego ſuggeſtū aſcēdi. ſemper de principatu. de honore: de gloria patriam certauiſſe. pluresq̄ & viros. & pecunias conſumpſiſſe pro dignitate & cōmuni græcorum vtilitate. q̄ reliqui omnes greci pro ſeipſis cōſumpſerint. Videbam inſuper philippum ipſum. cum quo nobis erat certamen pro dominatu atq̄ potētia oculo altero perfoſſo. facto humero. manu atq̄ crure debilitatis. quācūq̄ corporis ptē abiicere libenter paratum. vt reliquum tempus cum honore atq̄ gloria viueret. Atqui nemo vnquam dicere auderet. huic quidem in pelle loco tunc ignobili ac paruo educato. tantam magnitudinem animi conueniſſe. vt græcorum dominatū affectaret & hoc in mente ſua poneret. Vobis autē athenienſibus qui quotidie in cūctis ſermonibus. cūctiſq̄ ſpectaculis monumēta virtutis maioꝝ viroꝝ intueremi tātā ignauiam adeſſe debuiſſe. vt grætie libertatē ſpōte veſtra philippo abiiceretis. Nemo certe iſta dice-

